hieruſalē: ⁊ nō cognouerunt
parētes eius. Exiſtimantes
aūt illū eſſe in comitatu ve-
nerūt iter diei: ⁊ requirebant
eū inter cognotos et notos.
Et nō inueniētes regreſſi ſūt
in herusalē reqrentes eū. Et

factū eſt: poſt triduū inuene
rūt illū in tēplo ſedētē in me-
dio doctoꝝ: audientē illos: ⁊
interrogātē eos. Stupebāt
aūt omnes qui eū audiebāt:
ſuper prudentia ⁊ reſponſis
eius. Et videntes ammirati
ſunt. Et dixit mater eiꝰ ad il-
lū: Fili quid feciſti nobis ſic:
Ecce pater tuus ⁊ ego dolen
tes q̄rebamus te. Et ait ad il
los: Quid eſt ꝙ me quereba
tis: Neſciebatis q̄ꝛ in his que
p̄tris mei ſunt oportet me eſſe
Et ipſi nō intellexerūt verbū
qđ locutus eſt ad eos. Et de
ſcēdit cū eis: ⁊ venit nazareth
et erat ſubditus illis. Et ma
ter eius cōſeruabat oīa v̄ba
hec ꝯferēs in corde ſuo. Et ie
ſus ꝓficiebat ſapiētia ⁊ etate
et grā apud deū ⁊ homines.
Iubilate deo oīs terra Offer.
iubilate deo oīs terra: ſeruite do
mino in leticia: intrate i ꝯſpectu
eius in exultatiōe: q̄ꝛ dn̄s ipſe eſt
Oblatū tibi dn̄e Secre. deus
ſacrificiū viuificet nos ſemꝑ:
Fili q̄d Coio. ⁊ muniat. P.
feciſti nobis ſic: ego ⁊ pater tuus
dolētes querebamꝰ te: ⁊ quid eſt
ꝙ me querebatis: an neſciebatis
quia in his que patris mei ſunt:
oportet me eſſe. Complenda.
Supplices te rogamus oṗs
deus: ut q̊s tuis reficis ſacra
mētis: tibi etiā placitis mori
bus dignāter deſeruire cōce
das. P. do. Feria. iiij. ad Ro.
Fratres: Scimus ma. iij.
q̄m q̄cūq; lex loquit̄: his
q̇ in lege ſunt loquit̄: vt om̄e
os obſeruet̄: et ſubditus fiat
oīs mūdus deo: q̄ꝛ ex opibꝰ
legis nō iuſtificabit̄ oīs caro
corā illo: ꝑ legē eñ cognitio
peccati. Nūc aūt ſine lege iu-
ſticia dei manifeſtata eſt: teſti
ficata a lege ⁊ ꝓphetis. Iuſti
cia āt dei ꝑ fidē ieſu xp̄i: i oēs
⁊ ſuꝑ oēs q̄ credūt i eū: nō eñ
ē diſtinctio. Om̄es eñ pecca
uerūt: ⁊ egent glīa dei: iuſtifi
cati gratis ꝑ gratiā ipſius ꝑ
redēptionē q̄ eſt in xp̄o ieſu.
Quē ꝓpoſuit deus ꝓpiciatorē
ꝑ fidem in ſanguine ipſius:
ad oſtenſionem iuſticie ſue:
ꝓpter remiſſionē p̄cedētiū de
lictoꝝ: in ſuſtētatione dei: ad
oſtenſionē iuſticie eius i hoc
tp̄e: vt ſit ipſe iuſtus: ⁊ iuſtifi-
cās eū qui ex fide eſt ieſu xp̄i
dn̄i noſtri. Scd̄m Iohānē. i
In illo tp̄e: Vidit iohan-
nes ieſum venientē ad ſe

et ait: Ecce agnus dei: ecce q̇
tollit peccata mūdi. Hic ē de
quo dixi: Poſt me venit vir:
qui ante me factus eſt: quia
prior me erat: ⁊ ego neſciebā
eū. Sed vt manifeſtet̄ in iſrl:
ꝓpterea ego veni in aq̄ bapti
zās: ⁊ teſtimoniū ꝑhibuit io-
hānes dicens. Quia vidi ſpi
ritū deſcēdentē q̄ſi columbā
de celo: ⁊ māſit ſup eū: et ego
neſciebā eū. Sed q̇ miſit me
baptizare in aqua: ille mihi
dixit. Sup quē videris ſpm̄
deſcēdentē ⁊ manentē ſup eū
hic eſt q̇ baptizat in ſpū ſctō.
Et ego vidi: et teſtimoniū ꝑ-
hibui: quia hic eſt filius dei.
Feria. vj. Scdm̄ Mathe. iiij.
In illo tpe: Cū audiſſet ie-
ſus q͛ iohānes traditus
eſſet: ſeceſſit in galileā. Et re-
licta ciuitate nazareth: venit
⁊ habitauit i capharnaū ma
ritima in finibus zabulon ⁊
neptalim: vt adimpleret̄ qđ
dictū eſt ꝑ yſaiā ꝓphetā dicen
tē. Terra zabulon ⁊ terra ne
ptalim via maris trās iorda
nē galilee gētiū. Populus q̇
ſedebat i tenebris vidit lucē
magnā: ⁊ ſedentibus in regi
one vmbre mortis lux orta ē.

ris. Exinde ieſus cepit p̄dica
re ⁊ dicere: Penitentiā agite:
appropinq̄bit ei regnū celoꝝ.
In octaua Epiphe. Intro.
Ecce aduenit dn̄a. fo. xviij. Col.
Deus cuius vnigenitus i
ſubſtātia nr̄e mortalita-
tis apparuit: preſta qm̄s: vt ꝑ
eū quē ſimilē nobis foris ag
nouimus: intus reformari
mereamur. Per eū. Lctō yſaie
In diebus illis ꝓphe. xxvi
dixit yſaias. Dn̄e deus
me⁹ honorificabo te: laudē
tribuā nōi tuo: qui facis mi-
rabiles res: conſiliū tuū anti
quū verꝝ fiat. Dn̄e: excelſum
eſt brachiū tuū de⁹ ſabaoth:
corona ſpei q̄ ornata eſt glīa
Exultet deſertū: ⁊ exultēt ſo-
litudines iordanis. Et ppl̄s
meus videbit altitudinē dn̄i
⁊ maieſtatē dei: ⁊ erit congre
gatus ⁊ redēptus ꝑ deū. Et
veniet in ſyon cū gaudio ⁊ le
ticia ſempiterna: ſup caput
eius laus ⁊ exultatio. Et ape
riā in montibus flumina: in
medijs cāpis fontes dirūpā
⁊ terrā ſitientē ſine aq̄ cōfun-
dā. Ecce puer me⁹ exaltabit̄
et eleuabitur: ⁊ ſublimis erit
valde. Haurietis aq̄s i gau-

dio de fontibus ſaluatoris: ⁊ dicetis in illa die ꝯfitemini dño: et inuocate nomẽ eius. Notas facite in populis virtutes eius: memẽtote qm̃ excelſum eſt nomẽ eius. Cantate dño qꝛ mirabilia fecit: annunciate hoc in vniuerſa terra: dicit dñs oẽs. S. Mat. iij

In illo tpe. Venit ieſus a galilea in iordanẽ ad iohannẽ: ut baptizaret̃ ab eo. Johãnes autẽ ꝓhibebat eũ dicẽs. Ego a te debeo baptizari: ⁊ tu venis ad me? Reſpõdens aũt ieſus dixit ei. Sine modo: ſic eñ decet nos implere omnẽ iuſticiã. Tunc dimiſit eũ. Baptizatus aũt ieſus: ꝯfeſtim aſcẽdit de aq̃. Et ecce aperti ſunt ei celi: ⁊ vidit ſpm̃ dei deſcendentẽ ſicut columbã ⁊ manẽtẽ ſup ſe. Et ecce vox de celis dicens. Hic eſt filius meus dilectus: in quo mihi cõplacui. Hoſtias tibi Sec. dñe ꝑ nati filij tui apparitiõe deferimus: ſuppliciter exorãtes: ut ſicut ipſe noſtroꝝ auctor eſt munerꝰ: ita ſit ipſe mi ſericors ſuſceptor ieſus chriſtus dñs nr̃. Qui te. Cõplẽ.

Celeſti lumine qm̃s dñe ſemper ⁊ vbiqꝫ nos p̃ueni: ut miſteriũ cuius nos pticipes eſſe voluiſti: et puro cernamꝰ intuitu: ⁊ digno pcipiamꝰ effectu. P dñm. Dñica ſecunda poſt Epiphe Intro.

Omnis terra adoret te deus ⁊ pſallat tibi pſal mũ dicat noĩ tuo altiſſime ps̃. Iubilate deo oĩs terra: pſalmũ dicite noĩ eius: date gloriã laudi eius.

Omps ſempiterne Coll. deꝰ q̃ celeſtia ſimul ⁊ terrena moderaris: ſupplicationes populi tui clemẽter exaudi: ⁊ pacẽ tuã nr̃is concede tẽporibꝰ. P do. Ad Roma. xij.

Fratres. Habẽtes donationes ſcd̃m gratiã q̃ data eſt nobis differẽtes: ſiue ꝓphetiã ſcd̃m rationẽ fidei: ſiue miniſteriũ in miniſtrãdo. Siue qui docet in doctrina: Qui exhortat̃ in exhortãdo q̃ tribuit i ſimplicitate. Qui preeſt in ſollicitudine: qui miſeret̃: in hilaritate. Dilectio ſine ſimulatione. Odientes malũ: adherẽtes bono. Charitatẽ fraternitatis inuicẽ diligẽtes: honore inuicẽ p̃uenientes. Sollicitudie nõ pigri ſpũ feruẽtes: dño ſeruiẽtes:

ſpe gaudētes: in tribulatiōe
patientes. Orationi inſtātes
neceſſitatibꝰ ſanctoꝝ cōican-
tes: hoſpitalitatem ſectātes.
Bñdicite pſequētibus vos:
bñdicite ⁊ nolite maledicere.
Gaudere cū gaudentibꝰ: fle-
re cū flentibus. Idipſum in
uicē ſentiētes: nō alta ſapien
tes: ſed humilibꝰ ꝯſentiētes.
Miſit dñs verbū ſuū ⁊ ſa Gr.
nauit eos de interitu eoꝝ. V. Cō
fiteant dño miſericordie eius: et
mirabilia eiꝰ filijs hoīm. Alla.
V. Dñs regnauit: exultet terra:
letent inſule multe. S. Johā. ij
In illo tpe. Nuptie facte
ſunt in chana galilee: et
erat mater ieſu ibi. Vocatꝰ ē
autē ieſus ⁊ diſcipuli eius ad
nuptias. Et deficiente vino:
dicit mater ieſu ad eū. Vinū
nō habent. Et dicit ei ieſus.
Quid mihi ⁊ tibi eſt mulier:
Nondū venit hora mea. Di-
cit mater eius miniſtris. Qd̄
cūqꝫ dixerit vob̄ facite. Erāt
aūt ibi lapidee ydrie ſex poſi
te ſcd̄m purificationē iudeo-
rū capiētes ſingule metretas
binas vel ternas. Dicit eis ie
ſus: Implete ydrias aq̄. Et
impleuerūt eas uſqꝫ ad ſum
mū. Et dicit eis ieſus: hauri-
te nunc: ⁊ ferte architriclino.
Et tulerūt. Vt aūt guſtaſſet
architriclinus aquā vinū fa
ctum: ⁊ nō ſciebat unde eſſet:
miniſtri aūt ſciebāt qui hau
ſerāt aquā: vocat ſponſum
architriclinus: ⁊ dicit ei. Ois
hō primū bonū vinū ponit:
⁊ cū inebriati fuerint: tunc id
qd̄ deterius eſt: tu aūt ſerua-
ſti bonū vinum uſqꝫ adhuc.
Hoc fecit initiū ſignoꝝ ieſus
in chana galilee: ⁊ manifeſta
uit gloriā ſuā. Et crediderūt
in eum diſcipuli eius. Offer.
Iubilate deo uniuerſa terra: iu
bilate deo uniuerſa terra: pſal-
mū dicite noī eius: venite ⁊ audi-
te: ⁊ narrabo vobis oēs qui time
tis deū quāta fecit dñs aīe mee.
Oblata tibi dñe mu Secre.
nera ſctifica: noſqꝫ a peccato
rū noſtroꝝ maculis emūda
Dicit dñs: imple Coio Pdo.
te ydrias aq̄ ⁊ ferte architriclino
dū guſtaſſet architriclinus aquā
vinū factū: dicit ſponſo: ſeruaſti
bonum vinum uſqꝫ adhuc. hoc ſi
gnū fecit ieſus primū corā diſci-
Augeat in Cōpl. pulis ſuis.
nobis qs̄ dñe virtutis tue
operatio: ut diuinis vegetati

ſacramentis:ad eoꝝ ꝓmiſſa
capiēda tuo ſemꝑ munere ꝑ
paremur. Feria.iiij. Ad Co
Hēs. Audiſtis loſſeñ.i.
diſpēſationē dei: q̄ data
eſt mihi in vobis: vt impleā
verbū dei:miſteriū qḋ abſcō
ditū fuit a ſeculis ⁊ generati
onibus.Nūc aūt manifeſta-
tū eſt ſctis eius: quibꝰ voluit
deꝰ notas facere diuitias glīe
ſacramēti huius in gētibꝰ qḋ
eſt xp̄s ī vobis: ſpes glīe quē
nos annūciauimus:coꝛripiē
tes omnē hominē:et docētes
in oī ſapientia:vt exhibeamꝰ
oēm hoīem ꝑfectū in xp̄o ie-
ſu dño nr̄o. S.Lucā.iiij
In illo tpe. Regreſſus ē ie-
ſus in virtute ſpūs in galileā
⁊ fama exijt p vniuerſam re-
gionē de illo. Et ipſe docebat
in ſynagogis eoꝝ: ⁊ magni-
ficabat ab omībus. Et venit
nazareth: vbi erat nutritus:
et intrauit ſcdm̄ cōſuetudinē
ſuā die ſabbati in ſynagogā
Et ſurrexit legere: ⁊ traditꝰ
eſt illi liber yſaie ꝓphe. Et vt
reuoluit libꝛū: inuenit locū
vbi ſcriptū erat. Spiritꝰ dñi
ſuꝑ me: ꝓpter quod vnxit me
euāgelizare paupibus miſit
me:ſanare cōtritos coꝛde:ꝑ-
dicare captiuis remiſſionē: ⁊
cecis viſum:dimittere cōfra-
ctos in remiſſionē:pꝛedicare
annū dñi acceptū et diē retri-
butiōis. Et cū plicuiſſet libꝝ
reddidit miniſtro: ⁊ ſedit. Et
oīm in ſynagoga oculi erāt
intendentes in eū. Cepit aūt
dicere ad illos. Quia hodie
impleta eſt hec ſcriptura ī au
ribꝰ nr̄is. Et oēs teſtimoniū
illi dabāt: ⁊ mirabant̄ in ver
bis gratie q̄ ꝓcedebāt de oꝛe
ipſius. Feria.vi. S.Mar.vi.
In illo tpe. Egreſſus iħs
venit in patriā ſuā: ⁊ ſeq̄-
bant̄ eū diſcipli eiꝰ. Et facto
ſabbato cepit ī ſinagoga do
cere. Et multi audientes ad-
mirabant̄ in doctrina eiꝰ di-
cētes. Unde huic hec oīa: ⁊ q̄
eſt ſapiētia q̄ data eſt ei: ⁊ vir-
tutes tales q̄ p manus eiꝰ effi
ciunt̄: Nōne iſte ē fabꝛi filiꝰ ⁊
marie:frater iacobi ⁊ ioſeph
et iude ⁊ ſymonis: Nōne ⁊ ſo
roꝛes eius hic nobiſcū ſunt:
Et ſcandalizabant̄ in illo: et
dicebat eis ieſus. Quia non
eſt ꝓpheta ſine honoꝛe niſi in
patria ſua ⁊ in cognatiōe ſua
⁊ ī domo ſua. Et nō poterat

ibi virtutē ullam facere: niſi
paucos infirmos impoſitis
manibus curauit: ⁊ miraba
tur ꝓpter incredulitatē eorū.
Dñica. iij. poſt Epi. Intro.
ADorate deū oēs angeli
ei⁹: audiuit ⁊ letata eſt ſy
on: ⁊ exultauerūt filie iu
de. Ps Dñs regnauit exultet ter
ra: letent̄ inſule multe. Collecta
OMnīps ſempiterne de⁹ in
firmitatē noſtrā ꝓpitius
reſpice: atqʒ ad ꝓtegēdū nos
dexterā tue maieſtatis exten
de. P dō. Ad Roma. xij.
FRēs. Nolite eſſe prudētes
apud voſmetipſos: nulli ma
lū ꝑ malo reddētes: ꝓuiden
tes bona: nō tm̄ corā deo: ſʒ
etiā corā oīb⁹ hoībus. Si
fieri poteſt qđ ex vobis eſt: cū
oībus hoībus pacē haben
tes. Nō voſmetipſos defen
dētes chariſſimi: ſed date lo
cū ire. Scriptū eſt eīm. Mihi
vindictā: et ego retribuā di
cit dñs. Sed ſi eſurierit ini
micus tuus: ciba illū. Si ſitit
potū da illi. Hoc eīm faciens:
carbones ignis cōgeres ſup
caput ei⁹. Noli vinci a malo:
ſed vince in bono malū. Gr
Timebūt gentes nomē tuū dñe
et oēs reges terre gloriā tuā. ℣.
Qm̄ edificauit dñs ſyon: ⁊ vide
bit in maieſtate ſua. Alla. ℣.
Laudate deū oēs angeli ei⁹: lau
date eū oēs virtutes eius. Scdʒ
Math. viij.
IN illo tpe. Cū
deſcēdiſſet ieſus de mōte
ſequute ſunt eū turbe multe
Et ecce leproſus veniēs: ado
rabat eū dicēs. Dñe ſi vis po
tes me mūdare. Et extēdens
ieſus manū tetigit eū dicēs.
Volo: mūdare. Et cōfeſtim
mundata eſt lepra ei⁹. Et ait
illi ieſus. Vide nemini dixe
ris: ſed vade oſtende te ſacer
doti: ⁊ offer munus quod ꝓ
cepit moyſes in teſtimoniū il
lis. Cum autē introiſſet ca
pharnaū: acceſſit ad eū cētu
rio rogans eū: ⁊ dicēs. Dñe:
puer meus iacet paraliticus
in domo: et male torquetur.
Et ait illi ieſus. Ego veniā:
et curabo eū. Et reſpondēs
centurio ait. Dñe: non ſum
dignus ut intres ſub tectum
meū: ſed tantū dic verbo: et
ſanabit̄ puer meus. Nam et
ego hō ſū ſub poteſtate cōſti
tutus: habēs ſub me milites
et dico huic vade: ⁊ vadit. Et
alio veni ⁊ venit. ⁊ ſeruo meo

fac hꝰ: ⁊ facit. Audiēs aūt ihs miratus eſt: ⁊ ſequētibus ſe dixit. Amen dico vobis: nō inueni tantā fidē in iſrahel. Dico aūt vobis: ꝙ multi ab oriēte ⁊ occidēte veniēt ⁊ recūbēt cū abraā ⁊ yſaac ⁊ iacob ī regno celoꝝ. Filij aūt regni eijcienť in tenebras exteriores: ibi erit fletus ⁊ ſtridor dētiū. Et dixit ieſus centurioni: vade ⁊ ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer ī illa ho. Dextera dñi fecit vir Off. ra. tutē dextera dñi exaltauit me nō moriar ſed viuā: et narrabo opa Hec hoſtia quēs Secre. dñi. dñe emūdet nr̄a delicta ⁊ ad ſacrificiū celebrandū ſubditoꝝ tibi corpa menteſqꝫ ſan Mirabanť Coio. ctificet. P. oēs de his que ꝑcedebāt d ore dei Quos tātis dñe largi cōplētis uti miſterijs: quēs: vt effectibus eoꝝ nos veraciter aptare digneris. P d. Feria.iiij Ad hebre.iij. Fřēs. Coſi derate aplm ⁊ pontificē ꝯfeſſionis nr̄e ieſū xp̄m: q̄ fidelis eſt ei q̄ fecit illū: ſicut et moyſes in omni domo ſua. Amplioris eīn glorie iſte p̄ moyſe dignus habitus eſt: quāto ampliorē honorē habet domus q̄ fabricauit illā. Oīs nāqꝫ domus fabricať ab aliq̄. Qui aūt oīa creauit deus eſt. Et moyſes quidē fidelis erat ī tota domo eius: tanq̄ famulus ī teſtimoniū eoꝝ q̄ dicenda erāt: xp̄s vero tanq̄ filius ī domo ſua: que domus ſumus nos: ſi fiduciam et gloriā ſpei vſqꝫ in finē firmā teneamus. S. Math. In illo tpe. Circuibat iiij. ieſus tota gallileā: docēs in ſynagogis eoꝝ ⁊ p̄dicans euāgeliū regni: ⁊ ſanās oēm languorē: ⁊ oēm infirmitatē in ꝑplo. Et abijt opinio eius in omnē ſyriā: ⁊ obtulerūt ei oēs malehabētes: varijs languoribꝰ ⁊ tormētis ꝯprehenſos: et q̄ demonia habebāt: ⁊ lūaticos ⁊ paraliticos: ⁊ curauit eos. Et ſecuti ſunt eum turbe multe. Feria.vj. Scdꝫ Mar.iij. In illo tpe: Exeuntes phariſei cū herodianis ꝯſiliū faciebāt aduerſus ieſū: quō eū perderēt At ieſus cū diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare Et multa turba a galilea ⁊ iudea ſecuta eſt eū ⁊ ab hieroſolimis: ⁊ ab ydu

mea: ⁊ trás iordanen. ⁊ q̄ cir
ca tyrū ⁊ ſydoné multitudo
magna: audiétes q̄ faciebat
venerūt ad eū. Et dixit diſci
pulis: ut in nauicula ſibi de-
ſeruirent ꝓpter turbá: ne cō-
primerét eū. Multos eñi ſa-
nabat: ita ut irruerent in eū
ut illū tangerét Quotq̊t aūt
habebát plagas: et ſpūs im
mundi cū illū videbát: proci
debát ei: ⁊ clamabát dicétes
Tu es filius dei. Et vehemē
ter cōminabaꝛ eis: ne mani-
feſtarét eum. Et aſcendés in
monté: vocauit ad ſe q̊s vo-
luit ipſe. Et venerūt ad eū: ⁊
fecit ut eſſent duodecī cū illo
et ut mitteret eos predicare.
Et dedit poteſtatem curádi
illis infirmitates: ⁊ eijciendi
demonia. Dñica.iiij.poſt
epiph.officiū Adorate.p totū
Deus q̄ nos Coll. (fo.xxi
in tātis periculis ꝯſtitu-
tos p hūana ſcis fragilitate
nō poſſe ſubſiſtere: da nobiſ
ſalutē métis ⁊ corꝑis: ut ea q̄
ꝑ pctis nr̄is patimur: te ad-
iuuáte vincamus. P d. Ad
Rōs. Nemini Roma.xiij
quicq̄ꝫ de beatis: niſi ut
inuicé diligatis. Qui eñi dili
git proximū legez impleuit.
Ná nō adulterabis: nō occi-
des: nō furaberis: nō falſū
teſtimoniū dices: non ꝯcupi
ſces ré ꝓximi tui. Et ſi q̄d eſt
aliud mandatū: in h̄ verbo
inſtauraꝛ. Diliges ꝓximū
tuū ſicut teipſū. Dilectio ꝓxi
mi malū non operaꝛ. Pleni
tudo ergo legis eſt dilectio.
In illo tpe S. Math.viij
Aſcendéte ieſu ī nauicu
lá: ſecuti ſunt eū diſcipli eius
Et ecce mot⁹ magn⁹ factus
eſt ī mari: ita ut nauicl'a ope
rireꝛ fluctib⁹. Ipſe vero dor
miebat. Et acceſſerūt ⁊ ſuſci-
tauerūt eū diſcipli dicentes.
Dñe: ſalua nos: perim⁹. Et
dicit eis ih̄s Quid timidi eſtis
modice fidei? Tūc ſurgés im
perauit vētis ⁊ mari: et facta
eſt tráquillitas magna. Por
ro hoīes mirati ſunt dicétes
Qualis ē hic: q2 vēti et mare
Cōcede q̄s Sec. obediūt ei.
oīps deus: ut huius ſacrificij
mun⁹ oblatū fragilitaté no
ſtrá ab oīni malo purget ſꝑ
Munera ꝯpl. ⁊ muniat. P.
tua nos de⁹ a delectationib⁹
terrenis expediát: et celeſtib⁹
ſemꝑ inſtruát alimētis. P d.

Feria q̄rta Ad Roma.v
Fr̄es. Sicut ꝑ unius deli-
ctū oēs hoīes in condemna-
tionē mortis: ſic ⁊ ꝑ unius iu-
ſticiā oēs hoīes in iuſtificati-
onē vite. Sicut em̄ ꝑ uniꝰ ino
bedienciā hoīs pctōres cōſti-
tuti ſunt multi: ita ⁊ ꝑ unius
obedicionē iuſti conſtituent̄
multi. Lex aūt ſubintrauit:
ut habundaret delictū. Ubi
aūt habundauit delictū: ſup
abundauit ⁊ gr̄a: ut ſicut re-
gnauit peccatū in mortē: ita
⁊ gr̄a regnet ꝑ iuſticiā i vitā
eternā. Per ieſū xp̄m dominū
nostrū. Scd̄m Lucā. ix.
In illo tp̄e. Factū eſt dum
iret ieſus ⁊ diſcipuli eiꝰ in viā
dixit q̇dā ad eū. Sequar te:
q̊cūqʒ ieris. Et ait illi ieſus.
Vulpes foueas habēt: ⁊ vo-
lucres celi nidos: filius autē
hoīs nō habet ubi caput ſuū
reclinet. Ait aūt ad alterū: ſe
q̄re me. Ille aūt dixit. Dn̄e:
ꝑmitte mihi primū ire ⁊ ſepe
lire patrē meū. Dixitqʒ ei ie-
ſus. Sine: ut mortui ſepeliāt
mortuos ſuos: tu aūt vade:
et annūcia regnū dei. Et ait
alter. Sequar te dn̄e: ſed pri
mū ꝑmitte mihi renunciare
his qui domi ſunt. Ait ad il-
lū ieſus. Nemo mittens ma-
nū ſuā in aratrū: ⁊ reſpiciens
retro aptꝰ eſt regno dei. Fe-
ria ſexta. Scd̄m Mar. x.
In illo tp̄e. Offerebant ie
ſu paruulos: ut tāgeret illos
Diſcipuli autē cōminabant̄
offerentibus. Quos cū vide
ret ieſus indigne tulit: ⁊ ait il
lis. Sinite paruulos venire
ad me: ⁊ ne ꝓhibueritis eos:
talium eſt em̄ regnū celorū.
Amē dico vobis: q̇ſquis nō
receperit regnū dei velut par
uulus: nō introibit illud. Et
cōplexans eos: ⁊ imponens
manus ſup illos: bn̄dicebat
eos. Dn̄ica q̄nta officiū Ado
rate. per totum. fo. xxi. Colle.
Familiā tuā q̄s dn̄e cō-
tinua pietate cuſtodi: ut
q̄ in ſola ſpe gratie celeſtis in
nitit̄: tua ſemp ꝓtectiōe mu-
niat̄. Per do. Ad Coloſſen̄. iij.
Fratres. Induite vos ſi-
cut electi dei ſancti ⁊ dile-
cti viſcera miſcdie: benignita
tē: humilitatē: modeſtiā: pa-
tientiā ſupportātes inuicē: et
donantes vobiſmetipſis: ſi
quis aduerſus aliquē habet
q̄relā. Sicut et dn̄s donauit

vobis:ita ⁊ vos. Sup oia au
tē hec charitatē habentes:qđ
eſt vinculū pfectionis: et pax
xpi exultet in cordibus vris:
in qua ⁊ vocati eſtis ī vno cor
pore:⁊ grati eſtote. Verbum
xpi habitet ī vobis abūdan-
ter:in omni ſapiētia docētes ⁊
cōmonētes voſmetipſos in
pſalmis ⁊ hymnis ⁊ canticis
ſpiritalibus in grã cantātes
in cordibus vris dño. Omne
qđcūq; facitis in verbo aut
opere: oia in noie dñi noſtri
ieſu xpi facite:gratias agētes
deo ⁊ patri. P ieſum xpm do
minū nrm. Scđz Math. xiij.

In illo tpe. Dixit ieſus di
ſcipl'is ſuis. Sile ē regnū
celoꝝ hoi q̄ ſeminauit bonū
ſemē ī agro ſuo. Cū aūt dor
mirent hoies venit inimicus
eius: ⁊ ſupſeminauit zizania
ī medio tritici: ⁊ abijt. Cū au
tē creuiſſet herba ⁊ fructū feciſ
ſet:tūc apparuerūt ⁊ zizania.
Accedētes aūt ſerui patriſfa
milias dixerūt ei. Dñe:nōne
bonū ſemē ſeminaſti ī agro
tuo? Unde ergo habet ziza-
nia? Et ait illis. Inimic⁹ hō
hoc fecit. Serui aūt dixerunt
ei. Vis:imus ⁊ colligim⁹ ea?
⁊ ait: non: ne forte colligētes
zizania: eradicetis ſimul ⁊ tri
ticū. Sinite vtraq; creſcere vſ
q; ad meſſem: ⁊ in tpe meſſis
dicam meſſoribus. Colligite
primū zizania: ⁊ alligate ea ī
faſciculos ad comburendū.
Triticū aūt cōgregate in hor
Hoſtias tibi Secr. reū meū.
dñe placationis offerimus:
vt ⁊ delicta noſtra miſeratus
abſoluas ⁊ nutātia corda tu
Q m̄s Cōpl. dirigas. P do.
ops deus: vt illius ſalutaris
capiam⁹ effectū: cuius p hec
myſteria pignus accepimus
P dñm. Feria quarta Epl'a
Fidelis ſermo. infra proximo.

In illo tpe Scđm Mar.
Dixit ieſus diſcipl'is ſuis
Videte quid audiatis. In q̄
menſura menſi fueritis: reme
tief vob et adijcief vob. Qui
eñi habet dabif illi: ⁊ q̄ nō ha
bet etiā qđ habet auferef ab
eo. Et dicebat. Sic eſt regnū
dei queadmodū ſi hō iaciat
ſementē ī terra: ⁊ dormiat: et
exurgat nocte ac die: ⁊ ſemen
germinet ⁊ increſcat dū neſcit
ille. Ultro eñi terra fructifi-
cat: primo herbā: deinde ſpi-
cam: deinde plenū frumētū

in ſpica. Et cũ ſe produxerit
fructus: ſtatim mittit falcẽ:
qm̃ adeſt meſſis. Dñica. vi.
officiũ Adorate ꝑ totũ. fo. xxi.
Conſerua po- Collecta.
pulum tuũ deus: et tuo
nomini fac deuotũ: vt diui-
nis ſubiectus officijs: et tem
poralia viriliter peragat: et
eterna dona ꝑcipiat. ℞. Ad
Chariſſime. Thimoth. i.
Fidelis ſermo ⁊ omni ac-
ceptiõe dignus: qꝛ xp̃s ieſus
venit in hunc mundũ: pecca-
tores ſaluos facere: quoꝝ pri
mus ego ſum. Sed ideo mi-
ſericordiã cõſecutus ſum: vt
in me primo oſtenderet xp̃s
ieſus omnẽ patientiã: ad in-
formationẽ eorũ q̃ credituri
ſunt illi in vitã eternã. Regi
aũt ſeculoꝝ imortali: inuiſibi-
li: ſoli deo honor ⁊ gloria ĩ ſe
cula ſclo'ꝝ amẽ. S. Math. xi.
In illo tpe. Reſpondẽs ie-
ſus dixit. Confiteor tibi
pater dñe celi et terre: qꝛ ab-
ſcondiſti hec a ſapientibus ⁊
prudẽtib⁹: ⁊ reuelaſti ea paru
lis. Ita pater: qm̃ ſic placitũ
fuit ante te. Oĩa mihi tradi-
ta ſunt a patre meo: ⁊ nemo
nouit filiũ niſi pater: neqꝫ pa
trẽ q̃s nouit niſi filius: et cui
voluerit filius reuelare. Ve-
nite ad me oẽs qui laboratiſ
et onerati eſtis: et ego reficiã
vos. Tollite iugũ meũ ſuper
vos: et diſcite a me: qꝛ mitis
ſum ⁊ humilis corde: ⁊ inue-
nietis requiẽ aĩabus vr̃is.
Iugũ eĩm meũ ſuaue eſt: et
Hec Secre. onus meũ leue.
nos dñe oblatio mundet q̃s
⁊ renouet: ⁊ gubernet et ꝓte-
Celeſtib⁹ dñe Cõpl. gat. ℞.
paſti delitijs q̃ſ: vt ſemper
eaſdẽ ꝑ q̃s veraciter viuimuſ
appetamus. ℞ do. Dñica in
Circũdede- lxx. Intro.
runt me gemitus mortis
dolores inferni circũde-
derũt me: ⁊ in tribulatiõe mea in
uocaui dñm: ⁊ exaudiuit de tẽplo
ſcto ſuo vocẽ meã. ps. Diligã te
dñe virtus mea dñs: firmamẽtũ
meũ ⁊ refugiũ meũ. Gloria ĩ ex.
et Ite miſ. vſqꝫ ad paſca de tẽ
pore nõ dicitur: ſed de ſctis.
Preces ppl'i tui q̃s Coll.
dñe clementer exaudi: vt
qui iuſte ꝓ pctĩs nr̃is affligi-
mur: ꝓ tui nois gloria miſe-
ricorditer liberemur. ℞ do.
Frẽs Ad Corinth. i. ca. i.
Neſcitis q̧ hi q̃ in ſtadio

currũt: oẽs quidẽ currũt: ſed
unus accipit brauiũ: Sic cur
rite ut ↄprehẽdatis. Ois ẽm
qui in agone cõtẽdit: ab om̃i
bus ſe abſtinet. Et illi quidẽ
ut corruptibilẽ coronã accipi
ant: nos aũt icorruptã. Ego
igit̃ ſic curro nõ q̃ſi in incertũ
ſic pugno: nõ q̃ſi aerẽ verbe-
rãs: ſed caſtigo corpus meũ:
⁊ in ſeruitutẽ redigo: ne forte
cũ alijs predicauerim ipſe re-
probꝰ efficiar. Nolo ẽm vos
ignorare frẽs q̃m patres nr̃i
oẽs ſub nube fuerũt: ⁊ om̃es
mare trãſierũt: ⁊ oẽs ſub mo
yſe baptizati ſunt in nube et
in mari: ⁊ oẽs eandẽ eſcã ſpi-
ritalẽ mãducauerũt: ⁊ om̃es
eundẽ potũ ſpiritalẽ biberũt
Bibebãt aũt de ſpiritali cõſe
quẽte eos petra. Petra autẽ
Adiutor in opor Gr erat xp̃s
tunitatibus in tribulatione ſpe-
rent in te qui nouerũt te: q̃m non
derelinques querẽtes te dñe. ℣.
Q̃m nõ in finẽ obliuio erit pau-
peris: patiẽtia pauperũ nõ peribit
in eternũ: exurge dñe nõ p̃ualeat
De pfundis cla Tractus. ho.
maui ad te dñe: dñe exaudi vocẽ
meã. ℣. Fiant aures tue intẽden
tes ĩ orationẽ ſerui tui. ℣. Si ini-
quitates obſeruaueris dñe: dñe
q̇s ſuſtinebit. ℣. Q2 apud te ꝓpi-
tiatio eſt: ⁊ ꝓpter legẽ tuã ſuſtinui
te dñe. Scd̃m Mathe. xx.
In illo tp̃e. Dixit ieſus di-
ſcipulis ſuis parabolã hanc.
Simile eſt regnũ celorũ hoĩ
patrifamilias: q̇ exijt primo
mane cõducere operarios in
vineã ſuã. Cõuẽtione aũt fa-
cta cũ operarijs ex denario di-
urno miſit eos in vineã ſuã.
Et egreſſus circa horã tertiã
vidit alios ſtãtes in foro ocio
ſos: ⁊ illis dixit. Ite et vos in
vineã meã: et q̃d iuſtũ fuerit
dabo vobis. Illi aũt abierũt
Iterũ aũt exijt circa ſextam ⁊
nonã horã: et fecit ſilr̃. Circa
undecimã ṽo exijt: ⁊ inuenit
alios ſtãtes: et dicit ill'. Quid
hic ſtatis tota die ocioſi? Di-
cũt ei: q2 nemo nos cõduxit.
Dicit illis. Ite ⁊ vos in vineã
meã. Cũ aũt ſero factũ eſſet:
dicit dñs vinee pcuratori ſuo
Voca operarios: et redde illis
mercedẽ: incipiens a nouiſſi-
mis vſq3 ad primos. Cũ ve-
niſſent ergo qui circa undeci
mã horã venerãt: acceperũt
ſingulos denarios. Venien
tes aũt ⁊ primi arbitrati ſunt

q̄ plus eſſent accepturi. Acce
perũt aũt et ipſi ſingulos de
narios. Et accipientes mur-
murabãt aduerſus patrẽfa-
milias dicẽtes. Hi nouiſſimi
una hora fecerunt: ⁊ pares il
los nobis feciſti: qui portaui
mus põdus diei ⁊ eſtus. At
ille reſpondens uni eoꝝ: ⁊ di
xit. Amice nõ facio tibi iniu-
riã. Nõne ex denario cõueni
ſti mecũ: Tolle qď tuũ eſt et
vade. Volo aũt ⁊ huic nouiſ
ſimo dare: ſicut ⁊ tibi. An nõ
licet mihi quod volo facere:
An oculus tuus nequã eſt:
q꞉ ego bonus ſum: Sic erũt
nouiſſimi primi: ⁊ primi no-
uiſſimi. Multi eñi ſunt voca
ti: pauci vero electi. Offerto.
Bonũ eſt cõfiteri dño: ⁊ pſallere
nomini tuo altiſſime. Secreta.
Muneribus nr̃is qs̃ dñe:
p̃cibuſq꞉ ſuſceptis: ⁊ celeſtibꝰ
nos munda myſterijs: ⁊ cle-
mẽter exaudi. P dñm. Coio
Illumina faciẽ tuã ſup ſeruum
tuũ: ⁊ ſaluũ me fac in tua miſeri-
cordia dñe nõ confundar: qm̃ in
Fideles tui Cõplẽ. uocaui te.
deus p tua dona firment̃: vt
eadẽ ⁊ pcipiendo requirãt: ⁊
q̃rẽdo ſine fine recipiãt. P d.

Feria .iiij. Ad Hebre. iiij
Frẽs. Feſtinemꝰ ingredi
in illã requiẽ: vt ne in idipm̃
q̃s incidat incredulitatis exẽ
plũ. Viuus eſt eñi ſermo dei
⁊ efficax: ⁊ penetrabilior om̃i
gladio ancipiti: ⁊ ptingẽs vſ
q꞉ ad diuiſionẽ aĩe ac ſpũs:
cõpagũ q̃ꝫ ac medullaꝝ: ⁊ di
ſcretor cogitationũ ⁊ intẽtio-
nũ cordis: ⁊ nõ eſt ulla creatu
ra inuiſibilis in ɔſpectu eius
Oĩa aũt nuda ⁊ aperta ſunt
oculis eiꝰ. Ad quẽ nobis ſer-
mo. Habẽtes ergo pontificẽ
magnũ qui penetrauit celos
ieſum filiũ dei: teneamꝰ ſpei
noſtre confeſſionẽ. Non eñi
habemus pontificẽ qui non
poſſit cõpati infirmitatibus
noſtris: tentatum autẽ p oĩa
pro ſimilitudine abſq꞉ pecca
to. Adeamus ergo cũ fidu-
cia ad thronũ gratie eius: vt
miſericordiã cõſequamur: ⁊
gratiã inueniamꝰ in auxilio
optuno. P ieſum xp̃m dñm
In illo tẽ S. Mar. ix. nr̃m
pore. Egreſſus ihs abijt
i galileã: nec volebat quenq̃
ſcire. Docebat aũt diſciplos
ſuos ⁊ dicebat illis. Quõ filiꝰ
hoĩs tradet̃ in manus hoĩm

⁊ occident eũ: ⁊ occiſus tertia
die reſurget. At illi ignora-
bãt verbũ ⁊ timebãt eum in
terrogare: ⁊ venerũt caphar
naũ. Qui cũ domi eſſent: in-
terrogabat eos. Quid ĩ via
tractabatis: At illi tacebant
Siquidẽ inter ſe in via diſpu
tãuerãt: q̃s eſſet illoꝝ maior.
Et reſidẽs vocauit duodecĩ:
⁊ ait illis. Si quis vult prim⁹
eſſe: erit omniũ nouiſſimus:
⁊ oĩm miniſter. Et accipiens
puerũ ſtatuit eũ ĩ medio eoꝝ
Quẽ cũ cõplexus eſſet: ait ill'.
Quiſq̃s vnũ ex hmõi pueris
receperit in noĩe meo: me re-
cipit. Et quicũqꝫ me ſuſcepe-
rit: nõ me ſuſcipit ſed eũ q̃ me
miſit. Feria. vj. S. Luca. ix.

IN illo tpe. Factũ eſt dum
cõplerent̃ dies aſſumpti
onis ieſu: et ipſe faciẽ ſuã fir-
mauit vt iret ĩ hieruſalẽ: ⁊ mi-
ſit nũcios ante cõſpectũ ſuũ.
Et euntes intrauerũt ciuita-
tẽ ſamaritanoꝝ vt pararent
illi. Et nõ receperũt eũ: q̃r fa-
cies eius erat euntis in hieru-
ſalẽ. Cũ vidiſſent aũt diſcipu
li eius iacob⁹ et iohãnes dixe
rũt. Dñe. vis dicimus vt de-
ſcendat ignis de celo: et cõſu-
mat illos: ſicut helyas fecit.
Et cõuerſus increpauit illos
dicẽs. Neſcitis cuius ſpiritus
eſtis: Fili⁹ hoĩs nõ venit ani-
mas perdere: ſed ſaluare. Et
abierunt in aliud caſtellum.

Dñica. in lx. Introi.

EXurge quare obdormis
dñe exurge: ⁊ ne repellas
in finẽ: q̃re faciẽ tuã auertis obli
uiſceris tribulationis noſtre: ad
heſit in terra venter noſter: exur-
ge dñe adiuua nos et libera nos.
Ps. Deus auribus noſtris audi
uimus patres nr̃i annũciauerũt
nobis. Colle.

DEus q̃ cõ-
ſpicis q̃r ex nulla nr̃a ac-
tione cõfidimus: ꝯcede ꝓpici⁹
vt ꝯtra aduerſa oĩa doctoris
gẽtiũ ꝓtectione muniamur.
P dñm. Ad Corin. ij. cap. xi.

FRatres. Libenter ſuffer
tis inſipiẽtes: cũ ſitis ipſi
ſapiẽtes. Suſtinetis enĩ ſi q̃s
vos in ſeruitutẽ redigit: ſi q̃s
deuorat: ſi quis accipit: ſi q̃s
extollit̃: ſi quis in faciẽ vos ce
dit: ſcd̃m ignobilitatẽ dico q̃-
ſi nos infirmi fuerimus ĩ hac
pte. In q̃ quis audet: in inſi-
piẽtia dico: audeo ⁊ ego. He-
brei ſunt ⁊ ego. Iſraelite ſũt
⁊ ego. Semẽ abrae ſũt ⁊ ego

Miniſtri xp̄i ſunt: et ego. Ut
minus ſapiēs dico: plus ego
ī laboribus plurimis: in car-
ceribus abundātius: in pla-
gis ſupra modū: in mortib⁹
freq̄nter. A iudeis quiquies
quadragenas una minuſ ac
cepi. Ter virgis ceſus ſum: ſe
mel lapidat⁹ ſum. Ter nau-
fragiū feci: nocte ac die in ꝓ-
fundo maris fui. In itineri-
bus ſepe: periculis fluminū:
periculis latronū: ꝑiculis ex
genere: periculis ex gētibus:
periculis ī ciuitate: periculis
in ſolitudīe: periculis ī mari:
periculis in falſis fratribus.
In labore ⁊ erumna: in vigi
liis multis: in fame ⁊ ſiti: in ie
iuniis multis: in frigore ⁊ nu
ditate. Preter illa q̄ extrinſe-
cus ſunt: inſtantia mea q̄tidi
ana: ſollicitudo oīm eccl̄iaꝝ.
Quis infirmat̄: et ego nō in-
firmor? Quis ſcandalizat̄: et
ego nō uror? Si gl'iari opor-
tet: que infirmitatis mee ſūt
gloriabor: de⁹ ⁊ pater dn̄i nr̄i
ieſu xp̄i ſcit: q̄ eſt bn̄dictus in
ſecula: ꝙ nō mentior. Dama
ſci ꝓpoſitus gentis arethe re
gis: cuſtodiebat ciuitatē da-
maſcenoꝝ ut me comprehen
deret: ⁊ per feneſtrā in ſporta
dimiſſus ſum ꝑ murū: ⁊ ſic ef
fugi manus eius. Si gloria-
ri oportet: nō expedit quidē.
Veniā aūt ad viſiones et re-
uelationes dn̄i. Scio hoīem
in xp̄o ante annos quattuor
decim: ſiue in corpore: ſiue ex
tra corpus: neſcio: de⁹ ſcit ra-
ptū hmōi uſq; ad tertiū celū.
Et ſcio hmōi hominē: ſiue in
corpore: ſiue extra corpus: ne
ſcio: deus ſcit: quoniā raptuſ
eſt in paradiſū: ⁊ audiuit ar-
chana verba que nō licet ho-
mini loqui. Pro hmōi gloria
bor: ꝓ me aūt nihil: niſi in in-
firmitatibus meis. Nam ⁊ ſi
voluero gloriari: nō ero inſi-
piēs. Veritatē em̄ dicā. Par-
co aūt: ne q̄s me exiſtimet ſu
pra id qđ videt in me: aut au
dit aliq̄d ex me. et ne magni-
tudo reuelationum extollat
me: datus eſt mihi ſtimulus
carnis mee angelus ſathane
ut me collaphizet. ꝓpter qđ
ter dn̄m rogaui: ut diſcede-
ret a me: ⁊ dixit mihi. Suffi-
cit tibi grā mea: nā virtus in
īfirmitate ꝑficit̄. Libēter igit̄
gl'iabor ī infirmitatib⁹ meis
ut inhabitet in me virt⁹ xp̄i.

Sciãt gẽtes qm̃ nomẽ tibi Gr. deus tu ſolus altiſſimus ſup om nẽ terrã. V. Deus meus pone il los ut rotã ⁊ ſicut ſtipulã añ fa Cõmonuiſti Tractus. ciẽ vẽti. dñe terrã ⁊ cõturbaſti eã. V. Sa na ꝯtritiões ei⁹ qꝛ mota ẽ. V. Ut fugiãt a facie arcus: ut liberent electi tui. Scđz Lucã. viij. In illo tpe. Cũ turba plu rima cõueniret: ⁊ de ciuitati bus ꝑperarẽt ad ieſum: dixit ꝑ ſimilitudinẽ. Exijt q̇ ſemi nat ſeminare ſemen ſuũ. Et dũ ſeminat: aliud cecidit ſec⁹ viã ⁊ cõculcatũ eſt: ⁊ volucreſ celi comederũt illud. Et aliđ cecidit ſupꝛa petrã: et natum aruit: qꝛ nõ habebat humo rẽ. Et aliđ cecidit iter ſpinas et ſimul exoꝛte ſpine ſuffoca uerũt illud. Et aliud cecidit ĩ terrã bonã ⁊ oꝛtũ fecit fructũ cẽtuplũ. Hec dicẽs clamabat Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabãt autẽ eũ diſcipuli ei⁹: q̃ eſſet hec pa rabola. Quibus ipſe dixit. Vobis datũ eſt noſſe myſte riũ regni dei: ceteris aũt ĩ pa rabolis: ut vidẽtes non vide ant: ⁊ audiẽtes nõ intelligãt. Eſt aũt hec ꝑabola. Semen eſt verbũ dei. Qui aũt ſecus viã: hi ſunt q̇ audiũt: deinde venit diabolus ⁊ tollit verbũ de coꝛde eoꝝ: ne credẽtes ſal ui fiant. Nã qđ ſupꝛa petrã: hi ſũt q̇ cũ audierint: cũ gau dio ſuſcipiũt verbũ. Et hi ra dices nõ habent: qꝛ ad tẽpus credũt: et in tpe tẽtationis re cedũt. Qđ aũt in ſpinas ceci dit: hi ſunt q̇ audierũt ⁊ a ſol licitudinibus ⁊ diuitijs ⁊ vo luptatibus vite euntes ſuffo cant: ⁊ nõ referũt fructũ. Qđ aũt ĩ terrã bonã: hi ſunt qui in coꝛde bono et optimo au diẽtes verbũ retinẽt: ⁊ fructũ afferunt in patientia. Offer. Perfice greſſus meos ĩ ſemitis tuis: ut nõ moueant veſtigia mea inclina aurẽ tuã ⁊ exaudi verba mea: mirifica miſericoꝛdias tuaſ qui ſaluos facis ſperãtes ĩ te dñe Oblatũ tibi dñe ſacrifi Sec. ciũ viuificet nos ſemꝑ et mu Introibo ad Coio. niat. P. altare dei ad deũ qui letificat iu Supplices Copl. uẽtutẽ meã. te rogamus oĩps deus: ut q̊s tuis reficis ſacramentis tibi etiã placitis moꝛibus dignã ter deſeruire cõcedas. P do.

Feria quarta, Ad Hebꝛe. xij

FRẽs Recogitate dñm ieſum xp̃m:q̃ talẽ ſuſtinuit a pctõꝛib⁹ aduerſus ſemet ipſuꝫ cõtradictionẽ:vt ne fatigemini animis veſtris deficientes. Nonduꝫ eñi vſqꝫ ad ſanguineꝫ reſtitiſtis aduſus peccatũ repugnãtes: et obliti eſtis cõſolationis:q̃ vobis tanq̃ filijs loquit̃ dicens. Filimi:noli negligere diſciplinã dñi:neqꝫ fatigeris dũ ab eo argueris. Quẽ eñi diligit dñs caſtigat: flagellat autẽ omnẽ filium quẽ recipit. In diſciplina pſeuerate:tanq̃ filijs vob̃ ſe offert deus Quis eñi filius quẽ nõ coꝛripit pater? Qđ ſi extra diſciplinam eſtis:cui⁹ participes facti ſũt oẽs:ergo adulteri ⁊ non filij eſtis. Deinde patres quideꝫ carnis nr̃e habuimus eruditoꝛes: et reuerebamur eos. Nun multomagis obtẽperabimus patri ſpirituũ:⁊ viuemus? Et illi quideꝫ in tpe paucoꝝ dieꝝ:ſcđm voluntatem ſuã erudiebãt nos. Hic aũt ad id qđ vtile eſt: in recipiendo ſanctificationẽ eius

IN illo tpe. S. Math. xij Dixit iheſus phariſeis: Qui nõ eſt mecum cõtra me eſt:⁊ qui nõ cõgregat mecũ: ſpargit Ideo dico vob̃:omne peccatũ ⁊ blaſphemia remittet̃ hoĩb⁹: ſpũs aũt blaſphemie nõ remittet̃. Et quicunqꝫ dixerit verbũ cõtra filium hoĩs: remittet̃ ei. Qui aũt dixerit cõtra ſpiritũſanctum:nõ remittet̃ ei: neqꝫ in h̃ ſeculo neqꝫ in futuro. Aut facite arboꝛẽ bonã: ⁊ fructũ bonũ eius. Aut facite arborẽ malam: et fructũ eius malũ. Siquidẽ ex fructu arboꝛ cognoſcit̃. Progenies viperarũ: quõ poteſtis bona loqui:cũ ſitis mali? Ex abundantia eñi coꝛdis os loquit̃ Bonus homo de bono theſauro pfert bona: et malus homo đ malo theſauro pꝛofert mala. Dico autẽ vobis qm̃ oẽ verbũ ocioſum qđ locuti fuerint homines: reddent rationẽ de eo in die iudicij: Ex verbis eñi tuis iuſtificaberis: ⁊ ex verbis tuis cõdẽnaberis. Feria.vj. Scđm

IN illo tpe. D. ie. Math. d. ſ. Attẽdite vob̃ ne foꝛte grauent̃ coꝛda vr̃a in crapula ⁊ ebꝛietate: ⁊ curis hui⁹

vite: ⁊ ſupueniat in vos repẽ
tina dies illa. Tanq̃ laque⁹
eñi ſupueniet in oẽs: q̇ ſedẽt
ſup faciẽ oĩs terre. Vigilate
itaq; oĩñi tpe orãtes: vt dig-
ni habeamꝰ fugere iſta oĩa:
q̃ vẽtura ſunt: et ſtare ante fi
liũ hoĩs. Dñica in quinq̃ge
ſima. Intr.

E Sto mihi in deũ ꝓtectorẽ: in locũ
refugij vt ſaluũ me faci
as: qm̃ firmamentũ meũ ⁊ refu-
giũ meũ es tu: et ꝓpter nomẽ tuũ
dux ⁊ mihi eris ⁊ enutries me. Ps.
In te dñe ſperaui non ↄfundar
ineternũ ĩ iuſticia tua libera me.

Colla. P Reces nr̃as qs̃ dñe clemẽter exaudi: at
q; a pctõꝝ vinculis abſolu-
tos ab oĩñi nos aduerſitate
cuſtodi. Per. Ad Corin. j. ca.
xiij. F Rẽs. Si linguis ho
minũ loq̃r et angelorũ:
charitatẽ aũt nõ habeã: fac-
tus ſum velut es ſonãs: aut
cimbalũ tinniẽs Et ſi habue
ro ꝓphetiã: ⁊ nouerim myſte
ria oĩa ⁊ oẽm ſcientiã: ⁊ ſi ha-
buero omnẽ fidẽ: ita vt mõ-
tes transferã: charitatẽ autẽ
nõ habuero: nihil ſum Et ſi
diſtribuero ĩ cibos pauperũ
oẽs facultates meas: ⁊ ſi tra

didero corpus meũ ita vt ar
deã: charitatẽ aũt nõ habue
ro nihil mihi ꝓdeſt. Caritas
patiẽs eſt: benigna eſt. Cari-
tas nõ emulat̃: nõ agit ꝑpe-
rã: nõ inflat̃: nõ eſt ambitio-
ſa: nõ querit q̃ ſua ſunt: nõ ir
ritat̃: nõ cogitat malum: nõ
gaudet ſup iniq̇tate: cõgau-
det aũt veritati. Oĩa ſuffert
oĩñia credit: oĩa ſperat: oĩa
ſuſtinet. Caritas nunq̃ exci-
dit: ſiue ꝓphetie euacuabunt̃
ſiue lingue ceſſabũt: ſiue ſciẽ-
tia deſtruet̃. Ex pte eñi cog-
noſcimus: ⁊ ex parte ꝓpheta
mus. Cũ aũt venerit qd̓ per
fectũ ẽ: euacuabit̃ qd̓ ex pte ẽ
Cũ eſſem puulus: loquebar
vt paruulus: ſapiebã vt par
uulus: cogitabã vt puulus.
Qñ aũt factus ſum vir: eua
cuaui q̃ erant paruuli. Vide
mꝰ nũc ꝑ ſpeculũ in enigma
te: tũc aũt facie ad faciẽ. Nũc
cognoſco ex pte tũc aũt cog-
noſcã: ſicut ⁊ cognitus ſum.
Nunc aũt manet fides: ſpes
charitas tria hec. Maior au
tem hoꝝ eſt charitas. Gra.
D Eus es deꝰ q̇ facis mirabilia ſo
lus: notã feciſti in gẽtibꝰ virtutẽ
tuã. V. Liberaſti ĩ brachio ꝑplm̃

quũ filios iſrael ꝛ ioſeph. Trac. Iubilate deo oĩs terra: ſeruite dño in leticia. ℣. Introite in cõſpectu ei⁹ in exultatiõe. ℣. Scito te quõ dñs ipſe eſt deus. ℣. Ipſe fecit nos et nõ ipſi nos: nos autẽ populus eius ꝛ oues paſcue eius. In illo tpe S. Luca. xviii. Aſſumpſit ieſus duodecim diſcipulos ſuos: ꝛ ait ill'. Ecce aſcendim⁹ hieroſolimã et cõſummabunt oĩa q̃ ſcripta ſũt p pphetas de filio hoĩs Tradet eñ gẽtib⁹: ꝛ illudet: ꝛ flagellabit: ꝛ conſpuet. Et poſtq̃ flagellauerint occidẽt eũ: ꝛ die tertia reſurget: ꝛ ipſi nihil hoꝝ intellexerũt. Erat aũt verbũ iſtud abſcõditum ab eis: ꝛ nõ intelligebãt q̃ dicebant. Factũ ẽ aũt cũ appropinq̃ret hiericho: cecus q̃dã ſedebat ſecus viã mendicãs. Et cũ audiret turbã pͤtereunte: interrogabat q̃d hoc eſſet Dixerũt aũt ei: q̃ ieſus nazarenus trãſiret. Et clamauit dicẽs. Ieſu fili dauid miſerere mei. Et qui pͤibãt increpabant eũ vt taceret. Ipſe vero multomagis clamabat: Fili dauid miſerere mei. Stans aũt ieſus iuſſit eũ adduci ad ſe. Et cũ appropinq̃ſſet: interrogauit illũ dicẽs. Quid tibi vis faciã: At ille dixit. Dñe: vt videã. Et ieſus dixit Reſpice: fides tua te ſaluũ fecit. Et confeſtim vidit: ꝛ ſeq̃bat illũ magnificãs deũ: ꝛ oĩs plebs vt vidit: dedit gloriam deo. Offer. Bñdictus es dñe: doce me iuſtificatiões tuas: in labijs meis pronũciaui oĩa iudicia oris tui. Secr. Hec hoſtia q̃s dñe emũdet nr̃a delicta: ꝛ ad celebrandũ ſacrificiũ ſubditoꝝ tibi corpa mẽteſq3 ſctificet. P. Coio. Mãducauerũt ꝛ ſaturati ſũt nimis: ꝛ deſideriũ eoꝝ attulit eis dñs: nõ ſunt fraudati a deſiderio ſuo. Cople. Q̃ms oĩps deus vt q̃ celeſtia alimẽta pcepimus: p hec cõtra oĩa aduerſa muniamur. P. do.

Feria q̃rta in capite ieiunij.

Bñdictio cinerꝫ. Dñs vobi. Oremus. Omnĩps ſẽpiterne deus: parce metuẽtibus miſerere ſupplicib⁹: ꝛ mittere dignare ſctm̃ angelũ tuũ de celo q̃ bñdicat ꝛ ſcti ficet hos cineres: vt ſint remediũ ſalubꝛe oib⁹ nomẽ tuũ ſctm̃ humilr̃ iplorãtib⁹: ac ſemetipos p cõſciẽtia delictoꝝ ſuoꝝ

accuſantibus: atq; ante con
ſpectũ diuine clemẽtie tue fa-
cinora ſua deplorãtibus: vel
ſereniſſimã maieſtatẽ tuam
ſuppliciter obnixeq; flagitãti
bus. Et preſta ꝑ inuocationẽ
ſanctiſſimi nois tui: vt quicũ
q; eos ſup ſe aſperſerint: p re
dẽptione pctõꝝ ſuoꝝ corꝑis
ſanitatẽ ꝛ anĩe tutelã ꝑcipiãt
DEus qui Oratio. Ꝑ do.
nõ mortẽ ſed penitentiã
deſideras peccatoꝝ: fragili-
tatẽ conditionis humane be
nigniſſime reſpice: ꝛ hos cine
res q̃s cauſa ꝑferende humi
litatis: atq; ꝓmerende venie
capitibus nr̃is imponi decre
uimus: bene ✠ dicere ꝑ tua
pietate dignare: vt q̇ nos ci-
nerẽ eſſe: ꝛ ob prauitatis nr̃e
meritũ ĩ puluerẽ reuerſuros
cognoſcimus: pctõꝝ omniũ
veniã: ꝛ premia petẽtibus re-
promiſſa miſericorditer cõſe-
qui mereamur. Ꝑ do. Or̃o.
DEus q̇ humiliatiõe flec-
teris: ꝛ ſatiſfactiõe placa
ris: aurẽ tue pietatis inclina
ꝑcibus nr̃is: ꝛ capitibus ſer-
uoꝝ tuoꝝ hoꝝ cinerũ aſperſi
one attactis: effunde ꝓpitius
gratiã tue bñ ✠ dictionis: vt

eos ꝛ ſpiritu cõpunctionis re
pleas: et q̃ iuſte poſtulauerit
efficaciter tribuas: ꝛ cõceſſa ꝑ
petua ſtabilitate itactos ma
nere decernas. Ꝑ do. Aſper
gant cineres aq̃ bñdicta: cũ
Exaudi nos dñe: qm̃ beni Añ.
gna eſt miſcdia tua ſcdm multi-
tudinẽ miſerationũ tuaꝝ reſpice
nos dñe. ℣. Saluũ me fac deus:
qm̃ intrauerũt aque vſq; ad ani
Immutemur Añ. mã meam.
habitu: in cinere et cilicio ieiune-
mus et ploremus ante dominũ:
quia multũ miſericors eſt dimit-
tere peccata nr̃a deꝰ noſter. Añ.
Iuxta veſtibulũ et altare plora
bant ſacerdotes ꝛ leuite miniſtri
dñi: ꝛ dicent parce dñe: parce po-
pulo tuo: ꝛ ne diſſipes ora clamã
Otiũ ad te domine. Oratio.
OMnĩs ſempiterne deus:
q̇ niniuitis ĩ cinere ꝛ cilitio pe
nitentibus indulgẽtie tue re-
media preſtitiſti: cõcede ꝓpitiꝰ
vt ſic eos imitemur habitu:
q̃tinus venie ꝓſequamur ob
COnce Or̃o. tentu. Ꝑ do.
de nobis dñe ꝑſidia mili
tie chriſtiane ſctis inchoare ie
iunijs: vt cõtra ſpiritales ne-
quitias pugnaturi cõtinẽtie
muniamur auxilijs. Ꝑ do.

*Ad miſſam Intr.*
Miſereris oīm dñe ⁊ ni
hil odiſti eoꝝ q̄ feciſti
diſſimulās pctā hoīm ꝓpter peni
tenciā ⁊ parcēs illis qꝛ tu es dñs
deus nr̄. *Pſ.* Miſerere mei deus
miſerere mei: qm̄ in te ꝯfidit aīa
mea. *Sine* Glīa in ex. *Nota ꝙ
añ quālibet pꝛimā collectaꝫ
ꝑ totā .xl. dicet̄* Dñs vobiſc.
Oꝛemus. Flectamus genua. *⁊
in ꝯtinēti dr̄* Leuate. *excepto
dieb⁹ dñicis ⁊ de ſctis. Coll.*
Preſta dñe fidelib⁹ tuis:
vt ieiunioꝝ veneranda
ſolennia: ⁊ ꝯgrua pietate ſu-
ſcipiāt: ⁊ ſecura deuotione ꝑ
currāt. P d. *Lctō Iohel. p.*
Hec dicit dñs. Cōuerti*ij.*
mini ad me ī toto corde
vr̄o: in ieiunio ⁊ fletu ⁊ plan-
ctu: ⁊ ſcindite corda vr̄a ⁊ nō
veſtimēta vr̄a. Et cōuertimi
ni ad dñm deū veſtrū: qꝛ be-
nignus ⁊ miſericors eſt: pati
ens ⁊ multum miſericors: et
p̄ſtabilis ſup malicia. Quis
ſcit cōuertat̄ ⁊ ignoſcat de⁹:
⁊ relīqt̄ poſt ſe bn̄dictionē:
Sacrificiū ⁊ libamē dño deo
nr̄o. Canite tuba ī ſyon: ſan
ctificate ieiuniū: vocate cetū:
cōgregate ꝓplm̄: ſctificate ec-
cleſiam: coadunate ſenes: cō
gregate ꝑuulos: ⁊ ſugentes
vbera. Egrediat̄ ſpōſus de
cubili ſuo: ⁊ ſponſa de thala
mo ſuo. Inter veſtibuluꝫ et
altare ploꝛabūt ſacerdotes
miniſtri dñi et dicent. Parce
dñe parce ꝓplo tuo: ⁊ ne des
hereditatē tuā in oppꝛobꝛiū
gentib⁹: vt dominent̄ natio
nes Quare dicunt in popul̄
vbi eſt deus eoꝝ: zelatus eſt
dñs terrā ſuā: et pepcit ꝓplo
ſuo. Et rn̄dit dñs: ⁊ dicit po
pulo ſuo. Ecce ego mittā vo
bis frumentū ⁊ oleū ⁊ vinū:
et replebimini in eis: ⁊ nō da
bo vos vltra oppꝛobꝛiū gē-
tibus: dicit dñs omīps. *Gr.*
Miſerere mei de⁹ miſerere mei:
qm̄ in te ꝯfidit aīa mea. *V.* Mi-
ſit de celo ⁊ liberauit me: dedit in
oppꝛobꝛiū cōculcātes me. *Nota
tractus iſte oī die feriata dr̄:
cū nō habet̄ ꝓpꝛius: vſqꝫ ad*
Dñe non ſcd̓m pctā *cenā dñi.*
nr̄a facias nobis: neqꝫ ſcd̓m ini
quitates nr̄as retribuas nobis.
*V.* Dñe ne memineris iniquita-
tū noſtraꝝ antiquaꝝ: cito antici
pent nos miſcdie tue: qꝛ paupe-
res facti ſumus nimis. *V.* Adiu
ua nos deus ſalutaris nr̄: ⁊ ꝓpter

gloriā nois tui dn̄e libera nos: ⁊
ꝓpitius eſto pctīs noſtris: ꝓpter
I nomen tuū. S. Math. ui.
N illo tpe. D. i. d. ſ. Cū ie
iunatis nolite fieri ſicut ypo
crite triſtes. Exterminát eīm
facies ſuas ut appareát hoi-
bus ieiunātes. Amē dico uo
bis: q2 receperūt mercedē ſu-
am. Tu aūt cū ieiunas unge
caput tuū: ⁊ faciem tuā laua
ne uidearis hoibus ieiunās
ſed patri tuo q̄ eſt in abſcon-
ſo. Et pater tuus q̄ uidet in
abſconſo: reddet tibi. Noli-
te theſauriſare uobiſ theſau
ros i terra: ubi erugo ⁊ tinea
demolit: et ubi fures effodi-
unt et furant. Theſauriſate
aūt uobis theſauros i celo:
ubi neq3 erugo: neq3 tinea
demolit: ⁊ ubi fures nō effo-
diunt: neq3 furant. Ubi eīm
eſt theſaurus tuus: ibi et cor
Exaltabo te Offer. tuū erit.
dn̄e qm̄ ſuſcepiſti me: nec delec-
taſti inimicos meos ſup me: dn̄e
clamaui ad te ⁊ ſanaſti me. Se
Fac nos qs dn̄e his creta
muneribus offerendis cōue
nienter aptari: quibꝰ ipſius
uenerabilis ſacramēti uētu
rū celebramus exordiū. P d.

Qui meditabit in lege Coio.
dn̄i die ac nocte: dabit fructū ſu
Percep Cōpl. um in tpe ſuo.
ta nobis dn̄e prebeát ſacra-
mēta ſubſidiū: ut et tibi gra
ta ſint nr̄a ieiunia: ⁊ nobis p
ficiant ad medelā. P d. No-
ta q aū ultimā collectā p to-
tā .xl. exceptis dn̄icis ⁊ d feſtiſ
dicit Oremus Inclinate capi
ta ueſtra deo. Sup populum
Inclinātes ſe dn̄e maieſtati
tue ꝓpiciatus intende. ut qui
diuino munere refecti ſūt: ce
leſtibus ſemp muniant auxi
lijs. P do. Feria quinta In
Dum clamarē troitus.
ad dn̄m exaudiuit uocē
meam ab his qui ap pro
pinquant mihi ⁊ humiliauit eos
qui eſt ante ſecla ⁊ manet in eter-
nū: iacta cogitatū tuū in dn̄o: et
ipſe te enutriet. ps. Exaudi de
us orationē meā ⁊ ne deſpexeris
deprecationē meā. Coll.
Deus q̄ culpa offenderiſ
penitētiā placaris: preces ꝓpli
tui ſupplicantis ꝓpicius reſpi
ce: ⁊ flagella tue iracūdie q̄ p
pctis nr̄is meremur auerte.
P d. Lcō yſaie p. xxxviij
In diebꝰ illis. Egrotauit
ezechias uſq3 ad mortē: ⁊ in-

troiuit ad eum eſaias filius
amos ꝓpħa.Et dixit ei. Hec
dicit dñs deus.Diſpone do-
mui tue:qꝛ morieris tu:⁊ nō
viues.Et ꝯuertit ezechias fa
ciē ſuā ad parietē ⁊ orauit ad
dñm:⁊ dixit.Obſecro te dñe
memento q̄ſo quō ambula-
uerim corā te in ꝟitate:⁊ i cor
de pfecto:⁊ qđ bonū eſt i ocu
lis tuis fecerim. Et fleuit eze-
chias fletu magno. Et factū
eſt ꝟbū dñi ad yſaiā ꝓphetā
dicēs.Vade:⁊ dic ezechie.hec
dicit dñs deus dauid patris
tui. Audiui orationē tuā: et
vidi lachrymā tuā. Ecce ego
adijciā ſup dies tuos q̇ndeci
annos:⁊ de manu regis aſſi
riorū eruā te:et ciuitatē iſtā.
Dicit dominus omīps. Gr.
Iacta cogitatū tuū in dño: ⁊ ipſe
te enutriet. V. Dum clamarē ad
dñm exaudiuit vocē meā ab his
qui appropinquāt mihi. Scdm
In illo tpe.Cū in- Math.
traſſet ihs in capharnaū
acceſſit ad eū cēturio:rogās
eū ⁊ dicēs.Dñe:puer meꝰ ia-
cet in domo paraliticꝰ:⁊ ma
le torquetur.Et ait illi ieſus.
Ego veniā:et curabo eū.Et
rñdens cēturio ait.Dñe:nō
ſum dignus vt intres ſub te-
ctū meū:ſȝ tm̄ dic verbo:⁊ ſa
nabit puer meus. Nā et ego
hō ſum ſub poteſtate cōſtitu
tus:habēs ſub me milites:⁊
dico huic vade:⁊ vadit.⁊ alio
veni:⁊ venit.⁊ ſeruo meo fac
hoc:⁊ facit.Audiēs aūt ieſus
miratꝰ eſt:⁊ ſeq̄ntibꝰ ſe dixit.
Amē dico vobis:nō inueni
tātā fidē in iſrl̄. Dico aūt vo-
bis:ꝙ multi ab oriēte ⁊ occi-
dēte venient:⁊ recūbēt cū abra
am ⁊ yſaac et iacob in regno
celoꝝ.Filij aūt regni eijcient̄
i tenebras exteriores:ibi erit
fletꝰ et ſtridor dētiū. Et dixit
ieſus cēturioni. Vade:⁊ ſicut
credidiſti fiat tibi. Et ſanatꝰ
eſt puer in illa hora. Offer.
Ad te dñe leuaui aīam meā:deꝰ
meus in te cōfido: nō erubeſcam
neqȝ irrideāt me inimici mei etenī
vniuerſi qui te expectāt nō ꝯfun-
Sacrificijs pñti- Secr. deuc.
bus qm̄s dñe placatꝰ intēde
vt et deuotiōi nr̄e ꝓficiāt ⁊ ſa
Acceptabis ſa Co͂io. luti.Sa
crificiū iuſticie oblatiōes ⁊ holo
cauſta ſup altare tuū dñe. Cōp
Celeſtis doni bñdictiōe pce-
pta ſupplices te deꝰ oīps dep-
camur:vt hoc idē nobꝭ ſacra

mẽti cauſa ſit ⁊ ſalutis. P. d.
Parce dñe parce Sup ppłm
populo tuo: ut dignis flagel
latiõibus caſtigatus: in tua
miſeratiõe reſpiret. P. Feria
Audiuit dñs vj. Intr.
⁊ miſertus eſt mihi: dñs
factus eſt adiutor meus
Ps. Exaltabo te dñe qm̃ ſuſcepi
ſti me: nec delectaſti inimicos me
Inchoata Coll. os ſup me.
ieiunia q̃s dñe benigno
fauore pſequere: ut obſeruã
tiã quã corꝑaliter exhibem⁹
mentib⁹ etiã ſinceris exercere
valeamus. P. do. Lectõ yſaie
Hec dicit dñs de⁹ lviij.
Clama ne ceſſes: q̃ſi tu-
ba exalta vocẽ tuã: ⁊ annũcia
ꝑplo meo ſcelera eorũ: et do-
mui iacob pctã eorũ. Me et-
eñi de die in diẽ querũt: ⁊ ſcri
re vias meas volũt q̃ſi gẽs q̃
iuſticiã fecerit: ⁊ q̃ iudiciũ dei
ſui nõ dereliq̃rit. Rogãt me
iudicia iuſticie ⁊ appropinq̃re
deo volũt dicẽtes. Quare ie-
iunauim⁹ ⁊ nõ aſpexiſti: Hu
miliauimus aĩas nr̃as: ⁊ ne-
ſciſti: Ecce i die ieiunij vr̃i in-
uenieť volũtas vr̃a: ⁊ oẽs de
bitores vr̃os repetitis. Ecce
ad lites ⁊ ꝯtẽtiões ieiunatis ⁊
percutitis pugno ĩpie. Nolite
ieiunare ſicut uſq3 ad hũc diẽ
ut audiať ĩ excelſo clamor vr̃
Nunq̇d tale ẽ ieiuniũ qd̕ ele-
gi: ꝑ diẽ affligere hoiem ani-
mã ſuã: Nũquid ꝯtorq̃re q̃ſi
circulũ caput ſuũ: ⁊ ſaccũ ⁊ ci-
nerẽ ſternere: Nunq̇d iſtd̕ vo
caui ieiuniũ: ⁊ diẽ acceptabi-
lẽ dño: Nõne hoc eſt magis
ieiuniũ qd̕ elegi: diſſolue col
ligatiões impietatis: ſolue fa
ſciculos deprimẽtes. Dimitte
eos q̇ cõfracti ſunt liberos: ⁊
oẽ onus diſrũpe. Frãge eſuri
enti panẽ tuũ: et egenos va-
goſq3 induc ĩ domũ tuã. Cũ
videris nudũ operi eũ: ⁊ car-
nẽ tuam ne deſpexeris. Tũc
erumpet quaſi mane lumen
tuũ: ⁊ ſanitas tua citius orieť
Et anteibit faciẽ tuã iuſticia
tua: ⁊ gloria domini colliget
te. Tunc inuocabis: ⁊ domi-
nus exaudiet: clamabis ⁊ di
cet. Ecce aſſum: quia miſeri-
cors ſum dñs de⁹ tuus. Gr.
Unã petij a domino hanc requi
ram: ut inhabitem in domo dñi.
V. Ut videam voluntatẽ domi-
ni: ⁊ protegar a templo ſcõ eius.
In illo tpe. S. Mathe. v.
Dixit ie. d. ſ. Audiſtis q2

dictū eſt. Diliges ꝓximū tuū
⁊ odis inimicū tuū. Ego aūt
dico vob̄. Diligite inimicos
veſtros: bn̄facite his q̇ ode-
rūt vos: ⁊ orate ꝓ ꝑſequētibꝰ
⁊ calūniantibus vos: vt ſitis
filij p̄ris vr̄i q̇ in celis eſt: q̇ ſo
lē ſuū oriri facit ſuꝑ bonos et
malos: ⁊ pluit ſuꝑ iuſtos ⁊ in
iuſtos. Si eīm̄ diligitis eos q̇
vos diligūt: quā mercedē ha
bebitis? Nōne ⁊ publicani ħ
faciūt? Et ſi ſalutaueritis fra
tres vr̄os tm̄: quid amplius
facietis? Nonne ⁊ ethnici hoc
faciūt? Eſtote ergo vos ꝑfe-
cti: ſicut ⁊ pater veſter celeſtis
ꝑfectus eſt. Attēdite ne iuſti-
ciā veſtrā faciatis corā hoībꝰ
vt videamini ab eis. Alioq̇n
mercedē nō habebitis apud
patrē veſtrū q̇ in celis eſt. Cū
ergo facis elemoſynaꝫ: noli
tuba canere an̄ te: ſicut ypo-
crite faciūt in ſynagogis ⁊ in
vicis: vt honorificent̄ ab hoī-
bus. Amen dico vobis: rece
perūt mercedē ſuā. Te aūt fa
ciente elemoſynā neſciat ſini
ſtra tua quid faciat dextera
tua: vt ſit elemoſyna tua ī ab
ſconſo: ⁊ pater tuus q̇ videt:
in abſcōſo reddet tibi. Et cū
oratis: nō eritis ſicut ypocri-
te triſtes: qui amant in ſyna-
gogis primos recubitus: ⁊ ī
angulis plateaꝝ ſtantes ora
re vt videant̄ ab hominibꝰ.
Amē dico vobis: receperunt
mercedē ſuā. Tu autē cū ora-
ueris intra cubiculū tuū: et
clauſo oſtio ora patrē tuū in
abſcōſo: ⁊ pater tuus qui vi-
det in abſconſo reddet tibi.
Offer. Dn̄e viuifica me ſcđm
eloquiū tuū: vt ſciam teſtimonia
Secr. Sacrificiū dn̄e ob tua.
ſeruantie q̇drageſimalis of-
ferimus: p̄ſta q̄s: vt tibi et
mētes nr̄as reddat acceptas
⁊ cōtinētie ꝓ̄ptioris nobis
tribuat facultatē. P. d. Coio.
Seruite dn̄o in timore: ⁊ exulta-
te ei cū tremore: apprehendite di-
ſciplinā ne pereatis de via iuſta.
Cōpl. Spiritū nob̄ dn̄e tue
charitatis īfunde: vt q̄s vno
pane celeſti ſatiaſti: tua faci-
as pietate cōcordes. P. dn̄m
Sup ꝑplm Quere dn̄e ꝑplm
tuū: ⁊ ab oībus pctīs clemen
ter emūda: q̇ ei nl̄la nocebit
aduerſitas: ſi nulla dn̄et̄ ini-
quitas. P. Sabbato officiū
Eſto mihi in. ꝑ totū. xxvij.
Colle. Adeſto dn̄e ſuppli-

cationibus nr̃is: ⁊ ꝯcede vt ſ
ſolẽne ieiuniũ qḋ anis corpo
ribuſqꝫ curãdis ſalubriter in
ſtitutũ eſt deuoto ſeruitio ce
lebremus. ℟. Lcō yſa. p. lviij

H Ec dicit dñs. Si abſtule
ris d̓ medio tui cathenã
⁊ deſieris digitũ tuũ extende
re ⁊ loq̇ qḋ nõ ꝓdeſt: cũ effu-
deris eſuriẽti aiam tuã: ⁊ ani
mã afflictã repleueris: tũc ori
etur in tenebris lux tua: ⁊ te-
nebre tue erũt ſicut meridies
Et requiẽ tibi dabit dñs de⁹
meũ reſpice: ꝯfundant̃ ⁊ revereã
tur qui querũt aĩam meã vt aufe
Hec in nob̃ ſacri Sec. rãt eã.
ficia de⁹ ⁊ actione pmaneãt:
et opatiõe firment̃. P. Coĩo
Tu dñe ſeruabis nos ⁊ cuſtodi
es nos a generatiõe hac ineternũ
F ac nos qˢ dñe ac Cõpl.
cepto pignoꝛe ad viã ſalutiſ
eterne ſic tendere ꝯgruenter
vt ad eã puenire poſſim⁹. P.
D a qˢ dñe ꝓpſo Sup po.
tuo ſalutẽ mẽtis et coꝛpis: vt
bonis operib⁹ inherẽdo: tue
ſemp ꝟtutis mereat̃ ꝓtectio
ne defendi. P. Sabbato.
L Ex dñi irrepꝛehẽſibilis
cõuertens aĩas: teſtimo-
niũ dei fidele ſapiẽtiam
pꝛeſtãs paruulis. ps. Celi enar
rãt gloriã dei: ⁊ opa manuũ eius
annũciat firmamentũ. Collec.

D A qˢ dñe nr̃is effectũ
ieiunijs ſalutarẽ: vt caſti
gatio carnis aſſumpta: ad
nr̃a℞ vegetationeꝫ tranſeat
aĩa℞. P. Lcõ li. geneſis. xxvij
I N dieb⁹ illis. Dixit rebec
ca filio ſuo iacob. Audi-
ui patrem tuũ loquentẽ cuꝫ
eſau fratre tuo: ⁊ dicentem ei
Affer mihi de venatiõe tua:
⁊ fac cibos vt comedã: ⁊ bene
dicã tibi coꝛã dño anteꝙ̃ mo
riar. Nũc g̊ fili mi acq̃eſce ꝯſi
lijs meis: ⁊ pgens ad gregẽ:
affer mihi duos hedos opti
mos: vt faciã ex eis eſcas pr̃i
tuo q̇b⁹ libẽter veſcit̃. Quas
cũ intuleris ⁊ comederit: be-
dicat tibi pꝛiuſꝙ̃ moꝛiat̃. Cui
ille rñdit Noſti ꝙ eſau frater
meus hõ piloſus ſit: ⁊ ego le
nis. Si attrectauerit me pa-
ter meus ⁊ ſenſerit: timeo ne
putet me ſibi voluiſſe illude-
re: ⁊ inducat ſup me maledi-
ctionẽ p benedictiõe. Ad quẽ
mater. In me ſit ait iſta ma
ledictio fili mi: tantum audi
vocẽ meã: ⁊ pgẽs affer q̃ dixi
Abijt: ⁊ attulit. Deditqꝫ ma
tri ſue. Parauit illa cibos ſi-
cut nouerat velle patrẽ illi⁹ ⁊
veſtib⁹ eſau valde bonis q̃s

apđ ſe habebat domi indu-
it eũ. Pelliculaſqꝫ hedoꝝ cir-
cũdedit manibꝰ: ⁊ colli nuda
ptexit. Deditqꝫ pulmentũ ⁊
panes q̊s coxerat: tradidit.
Quibus illatis dixit. Pater
mi: At ille reſpõdit. Audio.
Quis es tu fili mi: Dixitqꝫ
iacob. Ego ſum eſau primo
genitus tuus: feci ſicut p̃cepi
ſti mihi. Surge: ſede ⁊ come-
de de venatiõe mea: vt bñdi
cat mihi aĩa tua. Rurſumqꝫ
yſaac ad filiũ ſuũ. Quõ inq̇t
tamcito inueniri potuiſti fili
mi: Qui rñdit. Volũtas dei
fuit: vt cito occurreret mihi
qđ volebam. Dixitqꝫ yſaac.
Accede huc vt tangã te fili
mi: vt probẽ verũ tu ſis filius
meus eſau: an nõ. Acceſſit il
le ad patrẽ: ⁊ palpato eo di-
xit yſaac. Vox quidẽ vox ia-
cob ẽ: ſed manus: manꝰ ſũt
eſau. Et nõ cognouit eũ: qꝛ
piloſe manus ſilitudinẽ ma-
ioris expreſſerãt. Bñdicẽs ḡ
illi ait. Tu es filius meꝰ eſau:
Reſpõdit. Ego ſum. At ille.
Affer mihi inq̇t cibos de ve-
natiõe tua fili mi vt bñdicat
tibi aĩa mea. Quos cũ obla-
tos comediſſet obtulit ei eti-
am ⁊ vinũ. Quo hauſto dixit
ad eum. Accede ad me: ⁊ da
mihi oſculũ fili mi. Acceſſit ⁊
oſculatus eſt eũ: Statiqꝫ vt
ſenſit veſtimentoꝝ illius fra
grantiã: bñdicẽs illi ait. ecce
odor filij mei ſicut odor agri
pleni cui bñdixit dñs. Det ti
bi deus de rore celi: ⁊ de pin-
guedĩe terre: abũdantiã fru
menti: vini ⁊ olei: ⁊ ſeruiẽt ti-
bi ꝑpli: ⁊ adorẽt te tribꝰ. Eſto
dñs fratrũ tuoꝝ: ⁊ icuruent̃
ante te filij matris tue. Qui
maledixerit tibi: ſit ille male
dictus: ⁊ q̇ bñdixerit tibi: bñ
dictionibꝰ repleat̃. Vix yſa-
ac ſermonẽ impleuerat: et e-
greſſo iacob foraſ venit eſau
coctoſqꝫ de venatione cibos
intulit pr̃i dicens. Surge pr̃
mi: comede de venatiõe filij
tui: vt bñdicat mihi aĩa tua.
Dixitqꝫ yſaac. Quis enĩ es
tu: Qui rñdit. Ego ſum filiꝰ
tuus primogenitꝰ eſau. Ex-
pauit yſaac ſtupore vehemẽ
ti: et vltra q̃ credi poteſt ad-
mirãs ait. Quis igit̃ ille eſt q̇
dudũ captã venationẽ attu-
lit mihi: et comedi ex oĩbus
priuſq̃ tu venires: Benedixi
qꝫ ei: ⁊ erit benedictus Audi

tis eſau ſermonibus patris
irrugijt clamoꝛe magno: et
ꝯſternatus ait. Benedic etiã
⁊ mihi pater mi. Qui ait. Ve
nit germanus tuus fraudu-
lenter: ⁊ accepit benedictionẽ
tuã. At ille ſubiunxit. Juſte
eſt vocatũ nomẽ eius iacob:
ſupplãtauit eñi me en altera
vice. Primogenita mea ante
tulit: ⁊ nũc ſecũdo ſubripuit
bñdictionẽ meã. Rurſumqȝ
ad patrẽ. Nunq̇d nõ reſerua
ſti ait ⁊ mihi bñdictionẽ: Re-
ſpõdit yſaac. Dñm tuũ illũ
ꝯſtitui: ⁊ oẽs fratres eius ſer-
uituti illius ſubiugaui. Fru-
mẽto ⁊ vino et oleo ſtabiliui
eũ: ⁊ tibi poſt hec fili mi vltra
q̇d faciã: Cui eſau ait. Num
vnã tñ inq̇t bñdictionẽ ha-
bes pater: mihi q̊qȝ obſecro
vt bñdicas. Cũqȝ eiulatu ma
gno fleret: mot⁹ yſaac dixit
ad eũ. In pinguedine terre:
⁊ in roꝛe celi deſup erit bñdi-
Bonũ eſt ꝯfiteri Gr. ctio tua.
dño: ⁊ pſallere noĩ tuo altiſſime.
V. Ad annunciandũ mane miſe
ricoꝛdiã tuã: ⁊ veritatẽ tuã ꝑ no-
In illo tpe S. Lucã. xv. cẽ
Dixit ieſus diſcipulis ſu
is parabolã hãc. Homo qui
dã habuit duos filios: et di-
xit adoleſcẽtioꝛ ex illis patri.
Pater: da mihi poꝛtionẽ ſub
ſtantie q̃ me cõtingit. Et diui
ſit illis ſubſtãtiã. Et nõ poſt
multos dies ꝯgregatis om̃i
bus adoleſcentioꝛ fili⁹ ꝑegre
ꝓfectus eſt in regionẽ longin
quã: ⁊ ibi diſſipauit ſubſtan-
tiã ſuã viuẽdo luxurioſe. Et
poſtq̃ oia cõſũmaſſet: facta
eſt fames valida ĩ regione il
la. ⁊ ipſe cepit egere. Et abijt
⁊ adheſit vni ciuiũ regiõis il-
lius: ⁊ miſit illũ in villã ſuam
vt paſceret poꝛcos. Et cupie-
bat implere ventrẽ ſuũ de ſili
quis quas poꝛci manduca-
bãt: ⁊ nemo illi dabat. In ſe
autẽ reuerſus dixit. Quanti
mercẽnarij in domo patris
mei abundãt panibus: ego
aũt hic fame pereo. Surgã ⁊
ibo ad patrẽ meũ: ⁊ dicã illi.
Pater: peccaui in celũ ⁊ coꝛãȝ
te: ⁊ iã nõ ſum dignus voca-
ri fili⁹ tuus: fac me ſicut vnũ
ex mercennarijs tuis. Et ſur
gens venit ad patrẽ ſuũ. Cũ
autẽ adhuc longe eſſet: vidit
illũ pater ipſius: ⁊ miſericoꝛ-
dia motus eſt. Et accurrens
cecidit ſuper collum eius: et

oſculatus eſt illũ. Dixitqꝫ ei
filius. Pater: peccaui in celũ
ꝛ corã te: [illegible] nõ ſum dignꝰ vo
cari filiꝰ [illegible]. [illegible]ixit aũt pa-
ter ad ſe[illegible]s ſuos. Cito pꝛo
ferte ſtolã pꝛimã ꝛ induite il-
lũ: ꝛ date anulũ in manu eiꝰ
et calciamẽta in pedes eius.
Et adducite vitulũ ſagina-
tũ ꝛ occidite: ꝛ mãducemus:
et epulemur: qꝛ hic filius me
us moꝛtuus fuerat ꝛ reuixit
perierat ꝛ inuẽtus eſt. Et ce-
perũt epulari. Erat aũt filiꝰ
eius ſenioꝛ in agro. Et cũ ve
niret ꝛ appꝛopinq̃ret domui
audiuit ſymphoniã ꝛ choꝝ:
ꝛ vocauit vnũ de ſeruis: ꝛ in-
terrogauit quenã hec eſſent
Qui dixit illi Frater tuus ve
nit: ꝛ occidit pater tuus vitu
lũ ſaginatũ: qꝛ ſaluũ eũ rece-
pit. Indignatus eſt autẽ: et
nolebat introire. Pater ergo
illius egreſſus: cepit rogare
illũ. At ille rñdens dixit pa-
tri ſuo Ecce tot annis ſeruio
tibi: et nunq̃ mandatũ tuũ
pteriui: ꝛ nunq̃ dediſti mihi
hedũ: vt cũ amicis meis epu
larer. Sed poſtq̃ filius tuus
hic: qui deuoꝛauit ſubſtãtiã
ſuã cũ meretricibꝰ venit: occi
diſti illi vitulũ ſaginatũ. At
ipſe dixit illi. Fili tu ſemꝑ me
cũ es: et oĩa mea tua ſunt.
epulari aũt ꝛ gaudere opoꝛ-
tebat: qꝛ frater tuus hic moꝛ
tuus erat ꝛ reuixit: perierat:
Illumi Offer. ꝛ inuẽtus eſt.
na oculos meos: ne vnq̃ obdoꝛ-
miã in moꝛte: ne qñ dicat inimi-
cus meus pꝛeualui aduerſus eũ.
His ſacrificijs dñe cõ Secr.
cede placatus vt q̃ ꝓpꝛijs oꝛa
mus abſolui delictis nõ gra
uemur externis. P. d. Coio.
Opoꝛtet te fili gaudere: qꝛ fra-
ter tuus moꝛtuꝰ fuerat ꝛ reuixit:
perierat ꝛ inuentus eſt. Cõplẽ.
Sacramenti tui dñe diuina
libatio penetralia nr̃i coꝛdiſ
clemẽter infundat: ꝛ ſui par
ticeps potẽter efficiat. P. do.
Familiã tuã q̃s Supplim.
dñe cõtinua pietate cuſtodi:
vt q̃ in ſola ſpe gratie celeſtis
innitit̃: celeſti etiã ſemꝑ ꝓte-
ctione muniat̃. P. Dñica.iij
Oculi mei ſemꝑ ad dñm
qꝛ ipſe euellet de laqueo
pedes meos: reſpice ĩ me
ꝛ miſerere mei: qm̃ vnicus ꝛ pau
per ſum ego. ps. Ad te dñe leua-
ui animã meam: deus meus in te
confido non erubeſcam. Colla

Queſumus oȝs de⁹: vo-
ta humiliū reſpice: atqȝ
ad defenſionē noſtrā dexte-
rā tue maieſtatis extēde. P.
Rēs. Eſto te Ad ephe. v
imitatores dei: ſicut filij
chariſſimi ambulate in dile
ctione: ſicut ⁊ xp̄s dilexit nos
et tradidit ſemetipſū p nob:
oblationē ⁊ hoſtiā deo: in o-
dorē ſuauitatis. Fornicatio
aūt ⁊ oīs immundicia aut aua
ricia nec nomīet in vob ſicut
decet ſāctos: aut turpitudo:
aut ſtultiloquiū: aut ſcurrili
tas q̄ ad rem non ptinet: ſed
magis grā͡ꝛ actio. Hoc autē
ſcitote intelligētes ꝙ oīs for-
nicator: aut immundus aut a
uarus: qđ eſt idoloꝝ ſeruit⁹:
nō habet hereditatē i regno
xp̄i ⁊ dei. Nemo vos ſeducat
inanib⁹ verbis. Propter hec
eñi venit ira dei in filios diffi
dentie. Nolite ḡ effici partici
pes eoꝝ. Eratis eñi aliqñ te-
nebre: nūc aūt lux in dño: ut
filij lucis ambulate. Fructus
eñi lucis eſt in omī bonitate:
et iuſticia et veritate. Grad.
Exurge dñe nō p̄ualeat hō: in-
dicent̄ gentes in ꝯſpectu tuo. V.
In cōuertendo inimicū meū re-
trorſum: infirmabunt̄ et perient
A de te leua Trac. a facie tua.
ui oculos meos qui habitas i ce-
lis. V. Ecce ſicut oculi ſeruorū
in manib⁹ dñoꝝ ſuoꝝ. V. Et ſi-
cut oculi ancille i manibus dñe
ſue. V. Ita oculi nr̄i ad dñm de
um noſtrū donec miſereat̄ noſtri
V. Miſerere nobis dñe miſerere
In illo S. Lucā. xi. nobis
tēpe. Erat ieſus eijciens
demoniū: ⁊ illud erat mutū.
Et cū eieciſſet demoniū locu
tus ē mutus: ⁊ admirate ſūt
turbe. Quidā aūt ex eis dixe
rūt In beelzebub p̄ncipe de
monioꝝ eijcit demonia. Et
alij tentātes eū ſignū de celo
querebāt ab eo. Ipſe aūt ut
vidit cogitatiōes eoꝝ: dixit
illis. Omne regnū in ſeipſū
diuiſum deſolabit̄: ⁊ domus
ſupra domū cadet. Si aūt et
ſathanas in ſeipſū diuiſus ē
quō ſtabit regnū ei⁹? Quia
dicitis i beelzebub eijcere me
demonia Si aūt i beelzebub
eijcio demonia: filij veſtri in
q̊ eijciunt? Ideo ipſi iudices
veſtri erūt Porro ſi in digito
dei eijcio demonia: pfecto p
uenit in vos regnū dei. Cū
fortis armatus cuſtodit atri

um ſuū: in pace ſunt oīa que
poſſidet. Si aūt fortior eo ſu
perueniēs vicerit eū: uniūſa
arma eiꝰ auferet in quibꝰ cō
fidebat: ⁊ ſpolia eiꝰ diſtribu-
et. Qui nō eſt mecū: aduerſū
me eſt. Et q̄ nō colligit mecū
diſpergit. Cū imūdus ſpūs
exierit ab hoīe: ambulat ꝑ lo
ca inaquoſa querēs requiē ⁊
nō inueniēs dicit. Reuertar ī
domū meā unde exiui. Et cū
venerit inuenit eā ſcopis mū
datā. Et tūc vadit ⁊ aſſumit
ſeptē alios ſpūs nequiores ſe
Et ingreſſi habitāt ibi. Et fi
unt nouiſſima hoīs illius pe
iora prioribuſ. Factū eſt aūt
cū hec diceret. Extollens vo
cē quedā mulier de turba di
xit illi. Beatus vēter q̄ te por
tauit ⁊ ubera q̄ ſuxiſti. At ille
dixit. Quinimo. Beati q̄ au
diūt verbū dei: ⁊ cuſtodiūt il
Iuſticie dñi recte le **Off.** lud.
tificātes corda: ⁊ dulciora ſuper
mel ⁊ fauū: nā ⁊ ſeruus tuus cu-
Hec hoſtia q̄s **Secr.** ſtodit ea
dñe mūdet nr̄a delicta: ⁊ ad
ſacrificiū celebrādū ſubdito-
rū: tibi corpa menteſq; ſanc-
Paſſer in **Coīo.** tificet. Ꝑ. d.
uenit ſibi domū: ⁊ turtur nidum
ubi reponat pullos ſuos: altaria
tua dñe virtutū rex meus et deus
meus beati qui habitāt in domo
tua: in ſeculū ſeculi laudabūt te.
A cūctis nos dñe rea **Cōpl.**
tibus ⁊ delictis ꝓpiciatus ab
ſolue q̄s tanti myſterij tribu
is eſſe participes. Ꝑ. d. **Feria**
In deo laudabo ver **Scdā**
bum in dño laudabo ſer
monē: in deo ſperaui: nō
timebo quid faciat mihi hō. **Pſ.**
Miſerere mei deus: qm̄ cōculca-
uit me hō tota die impugnās tri
Cordi **Colla.** bulauit me.
bus nr̄is q̄s dñe grati
am tuā benignus infunde:
ut ſicut ab eſcis carnalibꝰ ab
ſtinemus: ita ſenſus q̄q; no-
ſtros a noxijs retrahamꝰ ex
ceſſibus. Ꝑ. d. **Lectō li. Regū**
In diebus illis. **iiij. cap. v.**
Naaman princeps mili
tie regis ſyrie: erat vir mag-
nus apud dñm ſuū ⁊ hono-
ratus. Per illū em̄ dedit dñs
ſalutē ſyrie. Erat aūt vir for-
tis et diues: ſ; leproſus. Por
ro de ſyria egreſſi fuerāt la-
trūculi: ⁊ captiuā duxerūt d̄
terra iſrael puellā paruulā:
q̄ erat in obſequio uxoris na
amā. Que ait ad dñam ſuā

Vtinā fuiſſet dñs meus ad
ꝓphetā qui eſt in ſamaria: ꝑ-
fecto curaſſet eū a lepꝛa quā
habet. Ingreſſus ē itaqꝫ na
amā ad dñm ſuū: ⁊ nuncia-
uit ei dicens. Sic ⁊ ſic locuta
eſt puella de terra iſrl'. Dixit
qꝫ ei rex ſyrie. Vade ⁊ mittā
litteras ad regē iſrl'. Qui cū
ꝓfectus eſſet ⁊ tuliſſet ſecū de
cē talēta argēti ⁊ ſex milia au
reos: et decē mutatoria veſti-
mentoꝝ: detulit litteras ad
regē iſrl': in hec verba. Cū ac-
ceperis epiſtolā hāc: ſcito ꝙ
miſerim ad te naamā ſeruū
meū: vt cures eū a lepꝛa ſua.
Cūqꝫ legiſſet rex iſrl' litteras
ſcidit veſtimēta ſua ⁊ ait. Nū
quid deus ſuꝫ ego: vt occide
re poſſim: ⁊ viuificare. qꝛ iſte
miſit ad me: vt curē hominē
a lepꝛa ſua: Anīaduertite et
videte: ꝙ occaſiones q̄rit ad
uerſū me. Qd̄ cū audiſſet he
liſeus vir dei: ſcidiſſe videlicꝫ
regē iſrl' veſtimēta ſua: miſit
ad eū dicēs. Cur ſcidiſti ve-
ſtimēta tua: Veniat ad me:
et ſciat ꝓphetam eſſe in iſrael
Venit ergo naaman cū eq̄s
⁊ curribus: ⁊ ſtetit ante oſtiū
domus heliſei. Miſit ad eū
heliſeus nunciū dicēs Vade
⁊ lauare ſepties ī iordane: et
recipiet ſanitatē caro tua: at
qꝫ mūdaberis. Iratuſqꝫ na
amā recedebat dicēs. Puta-
bā ꝙ egrederet̄ ad me foras
⁊ ſtās inuocaret nomen dñi
dei ſui: ⁊ tangeret manu ſua
locū lepꝛe: ⁊ curaret me. Nū-
quid nō meliores ſunt abba
na ⁊ pharphar fluuij dama
ſci: oībus aquis iſrl' vt lauer
in eis: ⁊ mūder: Cū ergo ver
tiſſet ſe ⁊ abiret indignās: ac
ceſſerunt ad eū ſerui ſui: ⁊ lo
cuti ſunt ei. Pater: ⁊ ſi rē grā
dē dixiſſet tibi ꝓpheta certe:
facere debueras. Quāto ma
gis qꝛ nūc dixit tibi: lauare ⁊
mūdaberis. Deſcēdit gͦ ⁊ la-
uit in iordane ſepties iuxta
ſermonē viri dei: ⁊ reſtituta
eſt caro eius ſicut caro pueri
paruuli: ⁊ mūdatus eſt a le-
pꝛa. Reuerſuſqꝫ ad virū dei
cū vniuerſo comitatu ſuo ve
nit: ⁊ ſtetit corā eo: ⁊ ait. Ve-
re ſcio: ꝙ nō ſit alius deus in
vniuerſa terra: niſi tm̄ dñs
Deus vitā meā Gr. deus iſrl'
annunciaui: tibi poſuiſti lachry
mas meas in ꝯſpectu tuo. ℣. Mi
ſerere mihi dñe: qm̄ conculcauit

me hō tota die bellās tribulauit
In illo tp̄e S. Luc. iiij. me
Dixerunt phariſei ad ie
ſuȝ. Quāta audiuim⁹ facta
in capharnaū: fac ⁊ hic in pa
tria tua. Ait aūt. Amē dico
vobis: q: nemo ꝓpheta acce-
ptus eſt in patria ſua. In ve
ritate dico vobis: multe vi-
due erāt in dieb⁹ helie in iſrl':
qñ clauſum eſt celū annis tri
bus ⁊ menſibus ſex: cū facta
eſſet fames magna in oī ter-
ra: ⁊ ad nullā illaꝝ miſſus eſt
helias: niſi in ſarepta ſydo-
nie ad mulierē viduam. Et
multi leproſi erāt in iſrl' ſub
heliſeo ꝓpheta: ⁊ nemo eoꝝ
mūdatus eſt niſi naamā ſy-
rus. Et repleti ſunt oēs in ſy
nagoga ira: hec audientes.
Et ſurrexerūt ⁊ eiecerūt illuȝ
extra ciuitatē: ⁊ duxerunt eū
vſqȝ ad ſupciliū mōtis: ſup
quē ciuitas illoꝝ erat edifica
ta: vt pcipitarēt eū. Ipſe aūt
tranſiēs p mediū illoꝝ ibat.
Exaudi deus orationē Offer.
meā: et ne deſpexeris depcationē
meā: intende in me ⁊ exaudi me.
Munus qđ tibi dñe Secre.
nře ſeruitutis offerimus: tu
ſalutare in nobis pfice ſacra
mentum. P dñm. Comio.
Quis dabit ex ſyō ſalutare iſrl'
cū auerterit dñs captiuitatē ple-
bis ſue: exultabit iacob ⁊ letabit'.
Preſta qm̄s oīps Cōpl. iſrl'.
⁊ miſericors de⁹: vt q̄ ore con
tingimus pura mēte capia-
mus. P do. Super populū.
Subueniat nobis dñe miſe
ricordia tua vt ab imminētib⁹
pctōꝝ nřoꝝ periculis: te me-
reamur ꝓtegēte ſaluari. P.
Ego clamaui Feria. iij.
qm̄ exaudiſti me deus:
inclina aurē tuā ⁊ exau-
di verba mea: cuſtodi me dñe vt
pupillā oculi: ſub vmbra alaꝝ
tuaꝝ ꝓtege me. ps. Exaudi dñe
iuſticiā meā intende depcationē
Exaudi nos Colla. meā.
oīps ⁊ miſericors deus: ⁊
ↄtinētie ſalutaris ꝓpitius no
bis dona cōcede. P. Lctō li.
In dieb⁹ Regū. iiij. ca. iiij.
illis. Mulier qđā clama
bat ad heliſeū ꝓphetā dicēs.
Seruus tuus vir me⁹ mor-
tuus eſt: ⁊ tu noſti q: ſeruus
tuus fuit timēs deū. Et ecce
creditoꝛ venit: vt tollat duoſ
filios meos ad ſeruiendū ſi-
bi. Cui dixit heliſeus. Quid
vis vt faciam tibi? Dic mihi

q̃d habes in domo tua? At
illa rñdit. Nõ habeo ancilla
tua quicq̃ ī domo mea: niſi
parum olei q̃ ungar. Cui ait
Vade ⁊ pete mutuo ab oib⁹
vicinis tuis vaſa vacua non
pauca: ⁊ ingredere: ⁊ claude
oſtiũ: cũ intrinſecus fueris tu
et filij tui: ⁊ mitte inde in oīa
vaſa hec: et cũ plena fuerint
tolles. Ivit itaqꝫ mulier et
clauſit oſtiũ ſup ſe ⁊ ſup fili-
os ſuos. Illi offerebãt vaſa
⁊ illa infundebat. Cũqꝫ ple-
na fuiſſet vaſa: dixit ad filiũ
ſuũ. Affer mihi adhuc vas.
Et ille rñdit Nõ habeo. Ste
titqꝫ oleũ. Venit aũt illa ⁊ in
dicavit hoi dei. Et ille Vade
inq̃t: ⁊ vẽde oleũ: ⁊ redde cre
ditori tuo: tu aũt ⁊ filij tui vi
Ab occul Gra. uite de reliq.
tis meis me mũda dñe: ⁊ ab alie
nis parce ſeruo tuo. ℣ Si mei nõ
fuerint dñati tũc immaculat⁹ ero:
et emũdabor a delicto maximo.

In illo tp̃e. S. Mat. xviij
Reſpiciens ieſus in diſci
pulos ſuos: dixit ſymoni pe
tro. Si peccaverit ī te frater
tuus: vade ⁊ corripe eũ inter
te ⁊ ipm̃ ſolũ. Si te audierit:
lucratus eris fratrẽ tuũ. Si
aũt te nõ audierit: adhibe te
cũ adhuc unũ vel duos: ut ī
ore duorũ vel triũ teſtiũ ſtet
omne verbũ. Qđ ſi nõ audie-
rit eos: dic eccłie. Si aũt eccle
ſiã non audierit: ſit tibi ſicut
ethnic⁹ ⁊ publican⁹. Amẽ di
co vob: q̃cũqꝫ alligaveritis
ſup terrã: erũt ligata ⁊ ī celo.
⁊ q̃cũqꝫ ſolveritis ſup terrã:
erũt ſoluta ⁊ ī celo. Iterũ di
co vob: q2 ſi duo ex vobis cõ
ſenſerit ſup terrã đ oī re quã
cũqꝫ petierint: fiet illꝭ a patre
meo q̄ ī celis eſt. Ubi eñ ſũt
duo vel tres ꝯgregati ī noīe
meo: ibi ſum in medio eoꝝ.
Tũc accedẽs petrus ad eum
dixit. Dñe q̃tiẽs peccabit in
me frater meus: ⁊ dimittã ei
uſqꝫ ſepties? Dicit illi ieſus.
Nõ dico tibi ſepties: ſed uſqꝫ
ſeptuageſies ſepties. Offer.
Dextera dñi fecit virtutẽ: dexte
ra dñi exaltavit me: non moriar
ſꝫ vivã: ⁊ narrabo opa dñi. Sec.
Per hec veniat q̃s dñe ſacra
mẽta nr̃e redẽptiõis effect⁹ q̃
nos ab hũanis retrahat ſp
exceſſibus: ⁊ ad ſalutaria cũ-
cta pducat. P dñm. Coio.
Dñe quis habitabit in taberna
culo tuo: aut q̃s requieſcet ī mon

te ſctõ tuo: qui ingredit̃ ſine ma-
cula: ⁊ operat̃ iuſticiã. Compl̃.
Sacris dñe myſterijs expia
ti: ⁊ veniã ↄſeq̃mur ⁊ grãm.
Qua nos Sup pplm̃. P d.
dñe ꝓtectiõe defẽde ⁊ ab oi ſp
iniq̃tate cuſtodi P. Feria.iiij
Ego aũt in dño ſperaui:
exultabo ⁊ letabor ĩ tua
miſcdia: q2 reſpexiſti hu
militaté meã. pš. In te dñe ſpe-
raui nõ ↄfundar ineternũ: in iu-
ſticia tua libera me. Collã
Preſta nobis qũs dñe:
ut ſalutaribꝰ ieiunijs eruditi
a noxijs q̊qȝ vitijs abſtinen
tes ꝓpiciationẽ tuã facilꝰ im
petremus. P. Lectõ li. exo. xx
Hec dicit dñs deus. Ho-
nora patrẽ tuũ ⁊ matrẽ
tuã: ut ſis longeuus ſup ter-
rã: quã dñs deꝰ tuus dabit
tibi. Nõ occides: non mecha
beris: nõ furtũ facies. Nõ lo
queris cõtra ꝓximũ tuũ fal-
ſum teſtimoniũ: nõ concupi
ſces domũ ꝓximi tui: nec de-
ſiderabis vxorẽ eius. nõ ſer-
uũ: nõ ancillã: nõ bouẽ: non
aſinũ: nec oĩa q̃ illiꝰ ſunt. Cũ
ctus aũt ppl̃us audiebat vo
ces ⁊ lãpades ⁊ ſonitũ bucci-
ne mõtẽq3 fumantẽ. Et ꝓter
riti ac pauore ↄcuſſi ſteterũt
ꝓcul: dicẽtes moyſi. Loq̃re
tu nobis ⁊ audiemus: nõ lo
quat̃ nobiſ dñs: ne forte mo
riamur Et ait moiſes ad po
pulũ. Nolite timere: ut enĩ ꝓ
baret vos venit deꝰ: ⁊ ut ter-
ror illiꝰ eſſet in vobis: ut nõ
peccaretis. Stetitq3 ppl̃s de
lõge: moyſes aũt acceſſit ad
caliginem in qua erat deus.
Dixitq3 ꝑterea dñs ad moy
ſen. Hec dices filijs iſrl̃. Vos
vidiſtis q̈ de celo locutꝰ ſim.
Nõ facietis deos argẽteos:
nec deos aureos facietis vo
bis. Altare de terra facietis
mihi: ⁊ offeretis ſup eo holo
cauſta ⁊ pacifica vr̃a: oues ve
ſtras ⁊ boues: in om̃i loco in
q̊ memoria fuerit nois mei.
Miſerere mihi dñe qm̃ Grad.
ĩfirmꝰ ſũ ſana me dñe. V. Cõtur
bata ſũt oĩa oſſa mea: et aĩa mea
turbata eſt valde. S. Mat. xv.
In illo tp̃e. Acceſſerũt ad
ieſum ab hieroſolymis
ſcribe ⁊ phariſei dicẽteſ Qua
re diſcipuli tui trãſgrediunt̃
traditiones ſeniorꝝ: Nõ enĩ
lauãt manus ſuas cũ paneȝ
manducãt. Ipe aũt rñdens
ait illis. Quare ⁊ vos tranſ-

gredimini mādatū dei pro-
pter traditionē veſtrā? Nam
deus dixit. Honora patrem
tuū ⁊ matrē: ⁊ q̇ maledixerit
pr̄i vel matri: morte moriat̄
Vos aūt dicitis. Quicunq̨
dixerit patri vel matri mun⁹
q̇dcūq̨ eſt ex me: tibi ꝓderit.
⁊ nō honorificabit patrē ſuū
aut matrē ſuā: ⁊ irritū feciſtiſ
mandatū dei ꝓpter traditio-
nē veſtrā. hypocrite: bn̄ ꝓphe
tauit de vobis eſaias dicēs.
Populus hic labijs me ho-
norat: cor aūt eoꝝ lōge eſt a
me. ſine cauſa autē colūt me
docētes doctrinas ⁊ manda
ta hoim. Et cōuocatis ad ſe
turbis dixit eis. Audite ⁊ in-
telligite: nō q̇d intrat i os co-
inq̇nat hoiem: ſed q̇d ꝓcedit
ex ore: hoc coinquinat homi
nē. Tūc accedentes diſcipuli
eius: dixerūt ei. Scis q̨ pha
riſei audito verbo hoc ſcāda
lizati ſunt? At ille rn̄dēs ait.
Omis plantatio quā nō plan
tauit pater meus celeſtis era
dicabit̄. Sinite illos: ceci ſūt:
⁊ duceſ cecoꝝ. Cec⁹ aūt ſi ceco
ducatū p̄ſtet: ambo in foueā
cadūt. Rn̄dēs aūt petr⁹ dixit
ei. Ediſſere nobis parabolā
iſtam. At ille dixit. Adhuc ⁊
vos ſine intellectu eſtis? Nō
intelligitis: q̨ oē q̇d in os in-
trat in ventrē vadit: ⁊ in ſeceſ
ſuz emittit̄? Que aūt ꝓcedūt
de ore: de corde exeūt. ⁊ ea co
inquināt hominē. De corde
eīn exeūt male cogitationes
homicidia: adulteria: forni-
catiōes: furta: falſa teſtimo-
nia: blaſphemie. Hec ſunt q̄
coinquināt hoiem. Nō lotis
aūt manib⁹ manducare: nō
coinquinat hominē. Offer.

Dn̄e fac mecū miſcdiā tuā ꝓpter
nomē tuū: q̨ ſuauis eſt miſcdia

Suſcipe qm̄s dn̄e Secr. tua.
p̄ces ꝑpl̄i tui cū oblatiōibus
hoſtiaꝝ ⁊ tua myſteria cele-
brātes: ab oib⁹ nos defende

Notas mi Coio. ꝑiculis. P.
hi feciſti vias vite: adimplebis
me leticia cū vultu tuo domine.

Sctificet nos q̄s dn̄e Cōpl.
q̄ paſti ſumus mēſe celeſtis li
batio: ⁊ a cūctis errorib⁹ ex-
piatos ſupnis ꝑmiſſionibuſ
reddat acceptos. P d. Sup

Concede qm̄s omp̄s ꝑplm.
deus: ut q̇ ꝓpretiōis tue gra-
tiā q̄rimus: liberati a malis
om̄ibus: ſecura tibi mēte ſer
uiam⁹. P. Feria. v. Introi.

Salus populi ego ſuꝫ di-
cit dñs:de quacūqꝫ tri-
bulatione clamauerint
ad me exaudiam eos: ⁊ ero illoꝝ
dñs in ꝑpetuū. pš. Attendite po
pule meꝰ legē meā:inclinate au-
rē veſtrā i verba oris mei. Coll.
Concede qˢ̄ oṗs deus
ut ieiunioꝝ nob ſcā de-
uotio:⁊ purificationē nobis
tribuat: ⁊ maieſtati tue nos
reddat acceptos. P d. Lcō
In diebꝰ Hiere. pphe. vij.
illī. Factū eſt vbū dñi ad
hieremiā dicēſ. Sta in porta
domus dñi: ⁊ pdica ibi vbū
iſtō ⁊ dic. Audite verbū dñi
ois iuda: qui ingredimini p
portas has: ut adoretis do-
minū. Hec dicit dñs exerci-
tuū deus iſrł. Bonas facite
vias vr̄as ⁊ ſtudia vr̄a:⁊ ha-
bitabo vobiſcū in loco iſto.
Nolite ꝯfidere in verbis mē-
dacij dicētes:tēplū dñi:tēplū
dñi:tēplū dñi eſt. Qm̄ ſi bñ
dixeritis vias vr̄as ⁊ ſtudia
vr̄a: ſi feceritis iudiciū iter vi
rū ⁊ ꝓximū eiꝰ: aduene ⁊ pu-
pillo ⁊ vidue calūniā nō fece-
ritis: nec ſanguinē innocētē
effuderitis i loco hoc:et poſt
deos alienos nō ambulaue
ritis in malū vobiſmetipſis
habitabo vobiſcū i loco iſto
in terra quā dedi patribꝰ ve
ſtris a ſc̄lo ⁊ uſqꝫ i ſeculū. Di
Oculi oim̄ Gra. ī dñs oṗs.
in te ſperāt dñe: ⁊ tu das illis eſ-
cā in tpe oportuno. ℣ Aperis tu
manū tuā:⁊ imples oīe aīal bñ
dictione. Scd̄m Joh. vi.
In illo tpe. Dixit ihs tur
bis. Opamini nō cibū q pe-
rit:ſed q pmanet in vitā eter
nā:quē filiꝰ hois dabit vob.
Hūc eni pater ſignauit deꝰ.
Dixerūt ḡ ad eū. Quid facie
mus ut operemur opa dei: Re
ſpōdit ieſus ⁊ dixit eis. Hoc
eſt opus dei: ut credatis i eū
quē miſit ille. Dixerunt ḡ ei.
Qd ḡ tu facis ſignū:ut videa
mus ⁊ credamꝰ tibi qd opa-
ris: Patres nr̄i mādūcauerūt
māna i deſerto: ſic ſcriptū ē.
Panē de celo dedit eis mādu
care. Dixit ḡ eis ieſus. Amē
amē dico vob:nō moyſes de
dit vobis panē de celo: ſꝫ pr̄
meꝰ dat vob panē d celo veꝝ
Panis eni dei eſt q de celo de
ſcēdit ⁊ dat vitā mūdo. Dixe
runt ḡ ad eū. Dñe: ſemp da
nob panē hūc. Dixit aūt eis
ieſus. Ego ſum panis vite.

Qui venit ad me nõ eſuriet ⁊ qui credit ĩ me nõ ſitiet unq̃. S i ambulauero in me Offer. dio tribulatiõis viuificabis me dñe: ⁊ ſup irã inimicoꝝ meoꝝ extendes manũ tuã: ⁊ ſaluũ me fe- Deus de Secr. cit dextera tua cuius grẽ roꝛe deſcẽdit: vt ad myſteria tua purgatis ſenſibus accedam⁹: p̃ſta qũs: vt in eo ꝯtraditiõe ſolẽniter honoꝛãda: ꝯpetẽs deferamus T u mãdaſti Coio obſequiũ dñe mãdata tua cuſtodiri nimis vtinã dirigant̃ vie mee ad cuſtodiẽdas iuſtificatões tuaſ. Cõpl' S acramẽti tui dñe venerãda perceptio: ⁊ myſtico nos mũdet effectu: et ꝑpetua virtute defendat. P. Sup po. S ubiectũ tibi dñe ꝑplm̃ q̃s ꝓpiciatio celeſtis amplificet: ⁊ tuis ſp̃ faciat ſeruire mãdatis. P do. Feria. vj.

F Ac mecũ dñe ſignũ ĩ bono: vt videãt qui me oderũt ⁊ ꝯfundant̃: qm̃ tu dñe adiuuiſti me ⁊ ꝯſolatus es me. ps̃. In clina dñe aurẽ tuã ⁊ exaudi me: qm̃ inops ⁊ paup ſuȝ ego. Coll'. I Eiunia nr̃a qũs dñe benigno fauoꝛe ꝓſeq̃re: vt ſicut ab alimẽtis abſtinem⁹ in coꝛpoꝛe: ita a vitijs ieiunemus in mẽte. P. Lctõ li. Nu meri. xx.

I N diebus illis. Cõuenerũt filij iſrael ad moyſen ⁊ aaron: ⁊ verſi in ſeditionẽ dixerunt. Da nobis aquã vt bibamus. Ingreſſuſq̨ȝ moyſes ⁊ aaron dimiſſa multitudine tabernaculũ federis: coꝛruerũt pꝛoni ĩ terrã: clamauerũtq̨ȝ ad dñm atq̨ȝ dixerũt. Dñe deus: audi clamoꝛẽ ꝑpl'i hui⁹: et aperi eis theſaurũ tuũ fontẽ aque viue: vt ſatiati ceſſet murmuratio eoꝝ: ⁊ apparuit gloꝛia dñi ſup eos. Locutuſq̨ȝ eſt dñs ad moyſen dicẽs. Tolle virgã ⁊ congrega ꝑplm̃: tu ⁊ aaron frater tu⁹: et loq̇mini ad petrã coꝛã eis: ⁊ illa dabit aq̃s Cũq̨ȝ eduxeris aquã de petra: bibet oĩs multitudo: ⁊ iumẽta ei⁹. Tulit igit̃ moyſes virgã q̃ erat in conſpectu dñi: ſicut pꝛeceperat ei. ꝯgregata om̃i multitudine ante petrã: dixitq̨ȝ eis. Audite rebelles ⁊ increduli. Nũ de petra hac vob̃ aquã poterim⁹ eijcere: Cũq̨ȝ eleuaſſet moyſes manũ ꝑcutiẽs ꝯga bis ſilicẽ: egreſſe ſũt aq̃ largiſſime

ita vt ppl's biberet ⁊ iumēta.
Dixitqꝫ dn̄s ad moyſen et
aarō: qꝛ nō credidiſtis mihi
vt ſctificaretis me corā filijs
iſrl':nō introducetis hos po
pulos in terrā quā dabo eis
Hec eſt aqua ꝯtradictionis
vbi iurgati ſunt filij iſrl' con-
tra dn̄m:⁊ ſctificat' eſt in eis.
In deo ſperauit cor meū Gra.
⁊ adiut' ſuꝫ:⁊ refloruit caro mea:
⁊ ex volūtate mea cōfitebor illi.
℣ Ad te dn̄e clamaui:deus me'
ne ſileas ne diſcedas a me. S.
In illo tp̄e. Ve Johā.iiij
nit ieſus i ciuitatē ſama-
rie q̄ dicit' ſychar: iuxta p̄diū
qd̄ dedit iacob ioſeph filio
ſuo Erat aūt ibi fons iacob
Jeſus aūt fatigat' ex itine-
re:ſedebat ſic ſupra fontem.
Hora aūt erat q̄ſi ſexta. Ve-
nit mulier de ſamaria hauri
re aquā.Dicit ei ih̄s. Da mi
hi bibere.Diſcipuli aūt eius
abierant in ciuitatē vt cibos
emerēt. Dicit ḡ ei illa mulier
ſamaritana. Quō tu iude'
cū ſis: bibere a me poſcis: q̄
ſuꝫ mulier ſamaritana: Nō
eñi coutunt' iudei ſamarita-
nis. Rn̄dit ih̄s: ⁊ dixit ei. Si
ſcires donū dei: ⁊ quis eſt q̄
dicit tibi: da mihi bibere: tu
forſitan petiſſes ab eo: et de-
diſſet tibi aquā viuā Dicit ei
mulier. Dn̄e: neqꝫ in q̄ hau-
rias habes: ⁊ puteus altus
eſt. Vnde ergo habes aquā
viuā: Nunquid tu maior es
patre noſtro iacob: q̄ dedit
nobis puteū: ⁊ ipſe ex eo bi-
bit:⁊ filij eius:⁊ pecora eius:
Rn̄dit ieſus ⁊ dicit. Om̄is q̄
bibit ex aqua hac ſitiet iterū
Qui autē biberit ex aq̄ quā
ego dabo ei: nō ſitiet ineter-
nū. ſed aqua quā ego dabo
ei:fiet in eo fons aque ſalien
tis i vitā eternā. Dicit ad eū
mulier. Dn̄e: da mihi hanc
aquā vt nō ſitiā: neqꝫ veniā
huc haurire. Dicit ei ieſus.
Vade voca virū tuū:et veni
huc. Rn̄dit mulier ⁊ dixit. Nō
habeo virū. Dicit ei ih̄s. Bn̄
dixiſti:qꝛ nō habeo virū. q̄n-
qꝫ eñi viros habuiſti:⁊ nunc
quē habes non eſt tuus vir.
Hoc vere dixiſti. Dicit ei mu
lier. Dn̄e video quia ꝓpheta
es tu. Patres noſtri in mōte
hoc adorauerūt: ⁊ vos dici-
tis qꝛ hieroſolymis eſt locus
vbi adorare oportet Dicit ei
ieſus. Mulier crede mihi:qꝛ

venit hora: qñ neqȝ in mõte hoc neqȝ in hieroſolymis adorabitis patrẽ Vos adoratis qđ neſcitis nos adoramꝰ qđ ſcimus: qꝛ ſalus ex iudeis eſt. Sed venit hora ⁊ nũc eſt: qñ veri adoratores adorabunt patrẽ in ſpũ ⁊ veritate. Nam ⁊ pater tales querit: q̇ adorẽt eũ. Spũs eſt deus: et eos q̇ adorãt eũ: in ſpũ ⁊ veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio qꝛ meſſias venit: q̇ dicit̃ xp̃s. Cũ ġ venerit ille nob̃ annũciabit oĩa. Dicit ei ieſus. Ego ſum: q̇ loq̊r tecũ. Et cõtinuo venerũt diſcipuli eiuſ: ⁊ mirabant̃ qꝛ cũ muliere loquebat̃. Nemo tñ dixit: q̇d queris: aut q̇d loq̄ris cũ ea? Reliquit ġ hydriã ſuã mulier: et abiȷt in ciuitatẽ: ⁊ dicit illis hoĩbus. venite et videte hominẽ q̇ dixit mihi oĩa quecũqȝ feci. Nunq̇d ⁊ ipſe eſt xp̃s? Exierũt de ciuitate: ⁊ veniebãt ad eũ. Interea rogabãt eũ diſcipuli eiꝰ dicẽtes. Rabbi mãduca. Ille aũt dixit eis Ego habeo cibũ mãducare quẽ vos neſcitis Dicebãt ġ diſcipuli ad inuicẽ. Nũquid aliq̇s attulit ei mãducare. Dicit ei iħs. Meus cibꝰ eſt: vt faciã voluntatẽ eius q̇ miſit me: vt ꝑficiã opꝰ eius. Nõne vos dicitis q̄ adhuc q̄ttuor menſes ſũt ⁊ meſſis venit? Ecce dico vob̃ leuate oc̄los veſtros ⁊ videte regiones: qꝛ albe ſunt iã ad meſſem. Et q̇ metit mercedẽ accipit: ⁊ ꝯgregat fructũ in vitã eternã: vt et q̇ ſeminat ſimul gaudeat ⁊ q̇ metit. In h̃ eñ eſt verbũ verꝝ qꝛ alius eſt q̇ ſeminat: ⁊ alius eſt qui metit. Ego miſi vos metere: quod vos nõ laboraſtis Aliȷ laborauerũt: ⁊ vos in labores eorũ introiſtis Ex ciuitate aũt illo multi crediderũt in eũ ſamaritanoꝝ: ꝓpter v̄bũ mulieris teſtimoniũ ꝑhibẽtis: qꝛ dixit mihi oĩa quecunqȝ feci. Cũ veniſſent ġ ad illũ ſamaritani rogauerũt eũ vt ibi maneret Et mãſit ibi duos dies Et multoplures crediderũt ꝓpter ſermone eiꝰ. Et mulieri dicebant: qꝛ iam nõ ꝓpter tuã loquelã credimus. Ipſi eñ audiuimꝰ ⁊ ſcimuſ: qꝛ hic eſt vere ſaluator mũdi. Off.

Intẽdi voci orõnis mee rex meꝰ ⁊ deꝰ meus: qm̄ ad te orabo dñe.

Reſpice dñe ꝓpiciꝰ ad Secr.
munera q̄ ſacramus: vt ⁊ ti-
bi grata ſint: ⁊ nobis ſaluta-
ria ſemꝑ exiſtant. P d. Coīo
Qui biberit aquā quam ego do
dicit dñs ſamaritane: fiet in eo
fons aque ſalientis ī vitā eternā
Huius nos dñe ꝑcep Cōpl.
tio ſacramēti mūdet a crimi
ne: ⁊ ad celeſtia regna perdu
Preſta q̄s Sup po. cat. P.
oīps deꝰ: vt q̇ in tua ꝓtectiōe
ↄfidimus: cuncta nob̄ aduer-
ſantia te adiuuāte vincamꝰ.
Per do. Sabbato.
Verba mea auribꝰ ꝑcipe
dñe: intellige clamorem
meū: intēde voci orōnis mee. ps.
Qm̄ ad te orabo dñe mane exau
dias vocem meam. Colla.
Preſta q̄m̄s oīps deus vt
qui ſe affligēdo carne ab ali-
mētis abſtinēt: ſectādo iuſti-
ciā a culpa ieiunēt. P d. Lcō
In diebꝰ Danie. ꝓphe. xiij
illis. Erat vir in babylō
ne: ⁊ nomē eius ioachim: ⁊ ac
cepit vxorē noīe ſuſannā fili-
am helchie: pulcrā nimis ⁊ ti
mentē deū. Parētes eīn illiꝰ
cū eſſent iuſti: erudierūt filiā
ſuā ſcd̄m legē moyſi. Erat
aūt ioachim diues valde: et
erat ei pomeriū vicinum do
mui ſue Et ad ipm ↄfluebāt
iudei: eo ꝙ eſſet honorabili-
or oīm. Et cōſtituti ſūt duo
ſenes iudices ī illo anno: de
quibus locutus eſt dñs: q̄r
egreſſa eſt iniq̇tas d babilo-
ne a ſeniorib<sup></sup>ꝰ iudicibꝰ: q̇ vi-
debant̄ regere ꝓlm̄ Iſti fre
quētabāt domū ioachim: et
veniebāt ad eos oēs q̇ habe
bāt iudicia. Cū aūt ꝓplus re-
uertiſſet poſt meridiē: ingre
diebat̄ ſuſanna: ⁊ deambu-
labat ī pomerio viri ſui. Et
videbāt eā ſenes quotidie in
gredientē ⁊ deambulantē: ⁊
exarſerūt in ↄcupiſcētia eiꝰ.
Et euerterūt ſenſū ſuū: ⁊ de
clinauerunt oculos ſuos vt
nō viderēt celū: neq̄ recorda
rent̄ iudicioꝝ iuſtoꝝ. Factū
eſt aūt cū obſeruarēt diē ap-
tū q̄n eā poſſent inuenire ſo-
lā. Ingreſſa eſt aliq̄n ſicut
heri ⁊ nudiuſtertius cū dua-
bus ſolis puellis: voluitq̄
lauari ī pomerio. Eſtus q̇p-
pe erat: ⁊ non erat ibi quiſq̄
p̄ter duos ſenes abſcōditos
⁊ ↄtēplātes eā. Dixit ḡ puell̄
Afferte mihi oleū ⁊ ſmigma
ta: et oſtia pomerij claudite:

ut lauer. Et fecerūt ſicut p̄ce-
perat: clauſeruntq; oſtia po
merij: et egreſſe ſunt p̄ poſti-
cū: ut afferēt q̄ iuſſerat. Neſci
ebantq; ſenes intus eſſe ab-
ſcōditos Cū aūt eſſent egreſ
ſe puelle: ſurrexerunt duo ſe
nes ⁊ accurrerūt ad eā ⁊ dixe
rūt. Ecce oſtia pomerij clau
ſa ſunt: ⁊ nemo nos videt: et
in concupiſcētia tui ſumus.
Quāobrē aſſentire nobis: ⁊
cōmiſcere nobiſcū. Qđ ſi no
lueris dicemus ꝯtra te teſti-
moniū q̄ fuerit tecū iuuenis
⁊ ob hāc cauſaꝫ emiſeris pu-
ellas. Ingemuit ſuſanna: ⁊
ait. Anguſtie ſunt mihi vn-
diq;. Si eñ hoc egero moꝛs
mihi eſt: ſi aūt nō egero non
effugiā man⁹ veſtras. Sed
melius eſt mihi abſq; ope in
cidere in manus vr̄as: q̄ pec
care in ꝯſpectu dñi. Et excla
mauit voce magna ſuſanna
Exclamauerūt autē ⁊ ſenes
aduerſus eam. Et cucurrit
vnuſ ad oſtia pomerij: ⁊ ape
ruit. Cū ergo audiſſent cla-
moꝛē famuli dom⁹ in pome
rio: irruerūt p̄ poſticū ut vi-
derēt quidnam eſſet. Poſtq̄
aūt ſenes locuti ſunt: erubu
erūt ſerui vehemēter: qꝛ nun
q̄ dictus fuerat ſermo huiuſ
cemodi de ſuſanna Et facta
eſt dies craſtina. Cūq; veniſ-
ſet pp̄ls ad viꝛ eius ioachim
venerūt ⁊ duo pꝛeſbyteri ple
ni iniq̄ cogitatiōe aduerſus
ſuſannā: ut interficerent eā.
Et dixerūt coꝛā pp̄lo. Mitti-
te ad ſuſannā filiam helchie
vxoꝛē ioachim. Et ſtatim mi
ſerūt. Et venit cū parētibus
⁊ filijs et vniuerſis cognatis
ſuis. Poꝛro ſuſanna erat de
licata nimis ⁊ pulchꝛa ſpecie
Flebant igit̄ ſui: et oēs q̄ no-
uerāt eā. Conſurgētes autē
duo pꝛeſbyteri ī medio pp̄li:
poſuerunt manus eius ſup̄
caput eiuſ. Que flēs ſuſpexit
ad celū. Erat eñ coꝛ ei⁹ fidu
ciā habēs in dño Et dixerūt
p̄ſbyteri. cū deambularem⁹
ī pomerio ſoli: ingreſſa ē hec
cū duabus puellis: ⁊ clauſit
oſtia pomerij: et dimiſit a ſe
puellas. Venitq; ad eā ado
leſcēs qui erat abſconditus:
et concubuit cum ea. Poꝛro
nos cum eſſemus in angu-
lo pomerij: videntes iniqui-
tatem cucurrimus ad eos: ⁊
vidim⁹ eos pariter cōmiſceri

Et illũ quidẽ non quiuimus
cōpꝛehẽdere: qꝛ foꝛtioꝛ nobiſ
erat: et aperto oſtio exiliuit.
Hāc aũt cũ app̄hendiſſem⁹:
interrogauimuſ quiſnā eſſet
adoleſcēs: et noluit indicare
nobis. Huius rei teſtes ſum⁹
Credidit eis multitudo q̄ſi ſe-
nibus ⁊ iudicibus pp̄li: ⁊ ꝯdē
nauerũt eā ad moꝛtē. Excla
mauit aũt voce magna ſuſā
na: ⁊ dixit. Deus eterne q̄ ab
ſconditoꝝ es cognitoꝛ: q̄ no
ſti oīa anteq̄ fiāt: tu ſcis q̄m
falſum teſtimoniũ tulerunt
ꝯtra me. Et ecce moꝛioꝛ cũ ni
hil hoꝝ fecerim: q̄ iſti malicio
ſe cōpoſuerũt aduerſum me
Exaudiuit aũt dñs vocē ei⁹.
Cũq; duceret̃ ad moꝛtē: ſuſci
tauit dñs ſpiritũ pueri iuni-
oꝛis: cuius nomē daniel: ⁊ ex
clamauit voce magna. Mũ-
dus ego ſum a ſanguine hu
ius. Et ꝯuerſus oīs pp̄ls ad
eũ dixit. Quis eſt iſte ſermo:
quē tu locutuſ es? Qui cũ ſta
ret ī medio eoꝝ ait. Sic fatui
filij iſrael: nō iudicātes: neq;
qđ verũ eſt cognoſcētes: con
dēnaſtis filiā iſrł. Reuertimi-
ni ad iudiciũ: qꝛ falſum teſti-
moniũ locuti ſunt aduerſus
eā. Reuerſus eſt ergo omnis
pp̄lus cũ feſtinatiōe. Et dixit
ad eos daniel. Seꝑate illos
abinuicē ꝓcul: et dijudicabo
eos. Cũ ḡ diuiſi eſſēt alter ab
altero: vocauit vnũ de eis: et
dixit ad eũ. Inueterate dieꝝ
maloꝝ nũc venerũt pctā tua
q̄ oꝑabaris: pꝛius iudicās iu
dicia iniuſta innocētes oppꝛi
mēs ⁊ dimittēs noxios: dicē-
te dño. Innocentē ⁊ iuſtũ nō
interficies. Nũc ḡ ſi vidiſti eā
dic ſub q̄ arboꝛe videris eos
colloq̄ntes ſibi? Qui ait: ſub
cyno. Dixit aũt daniel Recte
mētitus es in caput tuũ. Ec-
ce em̄ angelus dei accepta ſē-
tētia ab eo ſcindet te mediũ.
⁊ amoto eo: iuſſit venire aliũ
⁊ dixit ei. Semē chanaā ⁊ nō
iuda: ſpēs decepit te: ⁊ ꝯcupi-
ſcētia ſubuertit coꝛ tuũ. Sic
faciebatis filiabus iſrł. At il-
le timētes loq̄bant̃ vobis: ſ;
nō filia iuda ſuſtinuit iniq̄ta
tē veſtrā. Nunc ergo dic mi-
hi: ſub qua arboꝛe cōpꝛehen
deris eos colloquentes ſibi?
Qui ait: ſub pꝛino. Dixit au
tē ei daniel. Recte mētitus es
⁊ tu in caput tuũ. Manet em̄
angelus dei gladiũ habens

ut ſecet te mediũ: ⁊ interficiat vos. Exclamauit itaqȝ oĩs cetus voce magna: ⁊ bñdixe rũt deũ q̃ ſaluat ſperãtes i ſe Et ↄſurrexerũt adũſus duos pſbyteros. Cõuicerat eñi eos daniel ex ore ſuo: falſũ dixiſſe teſtimoniũ Fecerũtqȝ eis ſicuti male egerãt aduer ſus pximã: ut facerẽt ſcðm le gẽ moyſi: ⁊ interfecerũt eos. Et ſaluatus ẽ ſanguis inoxi us in die illa. Gr. Si ambu lem i medio umbre mortis nõ ti mebo mala: qm̃ tu mecũ es dñe. ℣. Uirga tua ⁊ baculus tuus ip ſa me ↄſolata ſunt. S. Jo. viij.

In illo tpe Perrexit ieſus in monte oliueti: ⁊ dilu culo iterũ venit in templũ Et oĩs pplˀs venit ad eũ: et ſedẽs docebat eos. Adducũt aũt ſcribe ⁊ phariſei mulierẽ dep̃ henſam i adulterio: ⁊ ſtatue rũt eã in medio et dixerũt ei. Magiſter: hec mulier modo dep̃henſa eſt in adulterio: in lege aũt moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare Tu ḡ q̃d dicis: Hec aũt dice bãt tentãtes eum: ut poſſent accuſare eũ. Jeſus aũt indi nãs ſe deorſũ: digito ſcribe bat in terrã Cũ ḡ pſeuerarẽt interrogãtes eũ: erexit ſe ⁊ di xit eis. Qui ſine pctõ eſt vrm̃ pmus in illã lapidẽ mittat. Et iterũ ſe inclinãs ſcribebat in terrã. Audientes aũt hec unus poſt unũ exibãt: incipi entes a ſeniorib⁹: ⁊ remanſit ſolus ihs: ⁊ mulier in medio ſtãs Erigẽs aũt ſe ieſus dixit ei. Mulier: ubi ſunt q̃ te accu ſabãt: nemo te condẽnauit: Que dixit. Nemo dñe Dixit aũt ieſus: Nec ego te cõdẽna bo. Uade: ⁊ iã amplius noli peccare. Offe. Greſſus meos dirige dñe ſcðm eloquiũ tuũ: ut nõ dñetur mei oĩs iniuſticia dñe Sec. Cõcede qs̃ oĩs ops de⁹: ut hui⁹ ſacrificij munus ob latũ: fragilitatẽ nr̃am ab oĩ malo purget ſp ⁊ muniat. P Coio. Nemo te condẽnauit mu lier: nemo dñe. nec ego te condẽ nabo iam amplius noli peccare. Copl. Preſta qs̃ oĩs ops de⁹: ut inter eius mẽbra numere mur: cuius corpori cõmuni cauimus ⁊ ſanguini. P eund. Sup pplm. Pretende dñe fidelib⁹ tuis dexterã celeſtis auxilij: ut te toto corde perq̃ rant: ⁊ q̃ digne poſtulant cõ

h

ſequi mereant̃. ℞. Dñica.iiij
LEtare hieruſalē ⁊ cōuen
tū facite omnes qui dili-
gitis eā: gaudete cū leti-
cia qui in triſticia fuiſtis: vt exul
tetis ⁊ ſaciemini ab vberibus cō
ſolationis eius. pſ. Letatus ſū
in his que dicta ſunt mihi in do-
mum dñi ibimus. Colla.
COncede q̄ms oṗs deus
vt qui ex merito noſtre actio
nis affligimur: tue gratie cō
ſolatiōe reſpiremus. ℞ do.
FRēs. Scri Ad Gala.iiij
ptū eſt: q̄m abꝛaā duos
filios habuit: vnū de ancilla
⁊ vnū de libera. Sed is q̇ de
ancilla ſcd̓m carnē natus eſt
qui aūt de libera ꝑ repꝛomiſ
ſionē. Que ſunt ꝑ allegoꝛiā
dicta. Hec enī ſunt duo teſta
menta. Vnū quidē in mōte
ſyna: in ſeruitutē generans:
q̄ eſt agar. Syna enī mōs ē
in arabia q̇ ꝯiunctus eſt ei: q̄
nunc eſt hierl'm: ⁊ ſeruit cū fi
lijs ſuis. Illa aūt q̄ ſurſū eſt
hierl'm: libera eſt q̄ eſt mater
noſtra. Scriptū eſt enī. Le-
tare ſterilis q̄ non paris: erū
pe ⁊ clama que nō parturis:
qꝛ multi filij deſerte magis
q̄ eius que habet virū. Nos
aūt fratres: ſcd̓m yſaac pꝛo-
miſſionis filij ſumus. Sed
quō tūc is qui ſcd̓m carnem
natus fuerat: ꝑſequebat̃ eū
qui ſcd̓m ſpiritū: ita et nunc.
Sed q̇d dicit ſcriptura? Eij-
ce ancillā ⁊ filiū eius. Nō enī
heres erit filius ancille cū fi-
lio libere. Itaqꝫ fratres: nō
ſumus ancille filij: ſed libere
qua libertate xp̄s nos libe-
Letatus ſum in his Gꝛ. rauit
que dicta ſunt mihi in domū do-
mini ibimus. ℣. Fiat pax in vir-
tute tua: ⁊ abundātia in turrib⁹
Qui confidūt in Tract⁹. tuis.
dño ſicut mons ſyon non cōmo
uebit̃ in eternū: qui habitat ī hie
ruſalē. ℣. Mōtes in circuitu ei⁹:
et dñs in circuitu ꝑp'li ſui: ex hoc
nūc ⁊ vſqꝫ in ſeculū. S. Joh.vi
IN illo tempoꝛe. Abijt ie
ſus trans mare galilee:
quod eſt tyberiadis. ⁊ ſeque
bat̃ eū multitudo magna: qꝛ
videbāt ſigna q̄ faciebat ſup
his q̇ infirmabant̃. Subijt
ergo in montē ieſus: ⁊ ibi ſe-
debat cū diſcipl'is ſuis. Erat
aūt ꝓximū paſca dies feſtus
iudeoꝝ. Cū ſubleuaſſet ergo
oculos ihs: ⁊ vidiſſet qꝛ mul-
titudo maxima venit ad eū:

dicit ad philippũ. Unde eme
mus panes ut mãducẽt hij?
Hoc aũt dicebat tentans eũ.
Ipſe eñi ſciebat q̇d eſſet fac-
tur⁹. Rñdit ei philippus. Du
centoꝝ denarioꝝ panes nõ
ſufficiunt eis: ut unuſquiſq̃
modicũ q̇d accipiat. Dicit ei
unus ex diſcipulis ei⁹ andreas
frater ſymonis petri. Eſt pu
er un⁹ hic: q̇ habet quinq̃ pa-
nes ordeaceos ⁊ duos piſces
Sed hec q̇d ſunt iter tãtos?
Dicit g̊ illis. Facite hoies diſ-
cũbere. Erat aũt fenũ mul-
tũ in loco. Diſcubuerũt g̊ vi
ri numero q̃ſi quinq̃ milia.
Accepit g̊ ieſus panes: et cũ
grãs egiſſet: diſtribuit diſcũ
bentib⁹. Silr̄ ⁊ ex piſcib⁹ quã
tũ volebãt. Ut aũt ipleti ſũt
dixit diſcipulis ſuis. Colligi
te q̃ ſupauerũt fragmẽta: ne
pereãt. Collegerũt g̊ et iple-
uerũt duodecim cophinos
fragmẽtoꝝ ex quinq̃ panib⁹
ordeaceis ⁊ duob⁹ piſcibus:
q̃ ſupfuerũt his q̇ manduca
uerant. Illi g̊ hoies cũ vidiſ
ſent q̇d fecerat ſignũ dicebãt
Quia hic eſt vere ꝓpheta quĩ
uẽturus eſt in mundũ. Off.
Laudate dñm q̃ benignus eſt:
pſallite noi ei⁹ qm̃ ſuauis eſt oĩa
quecunq̃ voluit fecit in celo ⁊ in
terra.
Sacrificijs pñẽn Secr.
tibus dñe q̃s intẽde placat⁹:
ut ⁊ devotioni nr̃e pficiat ⁊ ſa-
luti. P.
Hieruſalẽ q̃ edi Cõio.
ficat̃ ut ciuitas: cuius pticipatio
eius in idipſum: illuc eñi aſcende
rũt trib⁹ tribus dñi ad ↄfitendũ
noi tuo dñe.
Da nob̄ q̃s Cõpl.
miſericors de⁹: ut ſctã tua q̇-
bus iceſſanter explemur: ſin
ceris tractemus obſequijs: ⁊
fideli ſp mẽte ſumam⁹. P d.

Feria. ij.

Deus in noie
tuo ſaluũ me fac: ⁊ i vir
tute tua iudica me deus
exaudi orationẽ meã. Ps. Dñe
exaudi orationẽ meã aurib⁹ pci-
pe verba oris mei. Colla.
Preſta q̃s oĩps deus ut
obſeruatiões ſacras annua
devotiõe recolentes: ⁊ corpe
tibi placeamus ⁊ mẽte. P d.
Lectõ lib. Regũ. iij. ca. iij.
In diebus illis Venerũt
mulieres meretrices ad regẽ
ſalomonẽ: ſteterũtq̃ corã eo
q̃ꝝ una ait. Obſecro mi dñe
ego et mulier hec habitaba-
mus in domo una: et peperi
apud eã in cubiculo. Tertia
aũt die poſtq̃ ego peperi: pe

perit et hec: et eramus ſimul nulluſqꝫ alius erat nobiſcuꝫ in domo: exceptis nobꝰ duabus. Moꝛtuus eſt aūt filius mulieris huiꝰ nocte. Doꝛmiens quippe oppꝛeſſit eū Et cōſurgēs in tēpeſte noctis ſilentio: tulit filiuꝫ meū de latere meo ancille tue doꝛmiētis: et collocauit i ſinu ſuo: ſuū aūt filiū q̄ erat moꝛtuuſ: poſuit i ſinu meo. Cūqꝫ ſurrexiſſem mane ut dareꝫ lac filio meo: apparuit moꝛtuꝰ Quē diligētius intuēs clara luce: depꝛehēdi nō eſſe meū quē genueram. Rn̄ditqꝫ altera mulier Nō eſt ita ut dicis: ſed filiꝰ tuꝰ moꝛtuus eſt: meus aūt viuit Ecōtrario illa dicebat Mentiris. Filius q̄ppe meus viuit ⁊ filius tuꝰ moꝛtuus ē. Atqꝫ in hūc modū cōtēdebāt coꝛā rege. Tūc rex ait. Hec dicit filius meus viuit: ⁊ filius tuuſ moꝛtuus ē. Et iſta rn̄dit nō: ſed filius tuus moꝛtuus ē: et filius meꝰ viuit. Dixit ḡ rex. Afferte mihi gladiū. Cunqꝫ attuliſſent gladiū coꝛā rege: ait. Diuidite inq̄t infantē viuū in duas ptes: ⁊ date dimidiā partē vni: ⁊ dimidiā pteꝫ alteri. Dixit aūt mulier cuiꝰ filius erat viuus ad regē: cōmota ſunt quippe viſcera eiꝰ ſuper filio ſuo Obſecro dn̄e date illi infantē viuū: et nolite iterficere eū. Ecōtrario illa dicebat. Nec mihi nec tibi ſit: ſed diuidatᷣ. Rn̄dit rex et ait. Date huic infantē viuū ⁊ nō occidatᷣ: hec eſt enī mater eius. Audiuit itaqꝫ oīs iſrael iudicium qđ iudicaſſet rex et timuerūt regem videntes ſapientiam dei eſſe in eo: ad faciendū iudicium. Grad.

Eſto mihi in deū ꝓtectoꝛē: et in locū refugij: vt ſaluū me facias.

℣. Deus in te ſperaui dn̄e nō cōfundar ineternū. S. Johā.ij.

In illo tē. Prope erat paſca iudeoꝝ: ⁊ aſcendit ieſus hieroſolimā: et inuenit i templo vendētes oues ⁊ boues ⁊ colūbas ⁊ nummularioſ ſedentes. Et cū feciſſet quaſi flagellū de funiculis: oēs eiecit de tēplo. Oues q̄qꝫ et boues ⁊ nummularioꝝ effudit es ⁊ menſas ſubuertit Et his q̄ columbas vendebant dixit. Auferte iſta hinc: ⁊ nolite facere domum patris mei domū negotiatiōis. Recoꝛdati

ſunt vero diſcipuli ei⁹ q2 ſcri-
ptū ē. Zelus dom⁹ tue come
dit me. Rñderūt ḡ iudei ⁊ di
xerūt ei. Qd ſignū oſtendis
nob: q2 hec facis? Rñdit ihs:
⁊ dixit eis. Soluite templū h
et in trib⁹ diebus excitabo il-
lud. Dixerunt ḡ iudei. Qua
draginta ⁊ ſex annis edifica-
tū eſt templū h: ⁊ tu in trib⁹
diebus excitabis illud. Ille
autē dicebat de tēplo corpis
ſui. Cū ḡ reſurrexiſſet a mor
tuis: recordati ſunt diſcipuli
eius: q2 h dicebat de corpore
ſuo: ⁊ crediderūt ſcripture et
ſermoni quē dixit ieſus. Cū
aūt eſſet hieroſolymis in pa
ſca in die feſto multi credide-
rūt in noie eius videntes ſig
na ei⁹ q̄ faciebat. Ipſe aūt ie
ſus nō credebat ſemetipſū
eis: eo q ipſe noſſet oēs: et q2
opus ei nō erat: vt quis teſti-
moniū phiberet de hoie. Ip
ſe enī ſciebat qd eſſet in hoie
Iubilate deo oīs terra a Offer.
iubilate deo oīnis terra: ſeruite
dño in leticia: intrate in ɔſpectu
eius in exultatiōe: q2 dñs ipſe eſt
Oblatū tibi dñe Secr. deus
ſacrificiū viuificet nos ſemp
⁊ muniat. P dñm. Comio.

Ab occultis meis mūda me do
mīe: ⁊ ab alienis parce ſeruo tuo
Sumptis dñe ſaluta Cōpl.
rib⁹ ſacramētis ad redēptio
nis eterne q̄s pficiam⁹ aug-
mentū. P do. Super ppl'm.
Depcationē nrā q̄s dñe
benign⁹ exaudi: ⁊ quib⁹ ſup
plicādi pſtas affectū: tribue
defenſionis auxiliū. P dñm
Exaudi deus Feria. iiij.
oronē meā ⁊ ne deſpexe-
ris depcationē meā intē
de in me ⁊ exaudi me. Ps. Cōtri-
ſtatus ſum in exercitatiōe mea: ⁊
conturbata ſum a voce inimici.
Preſta nobis q̄s Coll.
oṗs deus obſeruatiōis
ieiunia ⁊ pie ɔuerſatiōis aug
mentū ⁊ tue ppitiatiōis pſtet
auxiliū. P. Lcō li. Exo. xxxij.
In diebus illis. Locutuſ
eſt dñs ad moyſen dicēs
Deſcēde de mōte q2 peccauit
ppl's tuus quē eduxiſti de ter
ra egypti. Receſſerūt cito de
via quā oſtēdiſti eis. Fecerūt
q3 ſibi vitulū ɔflatile: ⁊ ado-
rauerūt atq3 imolātes ei ho
ſtias dixerūt. Iſti ſūt dij tui
iſrl: qui te eduxerūt de terra
egypti. Rurſūq3 ait dñs ad
moyſen. Cerno q ppl'us iſte

dure ceruicis ſit. Dimitte me
ut iraſcat᷑ furoꝛ meus cōtra
eos ⁊ deleā eos: faciāq; te in
gentē magnā. Moyſes autē
oꝛabat dn̄m deū ſuū dicēs.
Cur dn̄e iraſcit᷑ furoꝛ tuus:
cōtra ꝑplm̄ tuū quē eduxiſti
de terra egypti: in foꝛtitudīe
magna: ⁊ in manu robuſta?
Ne q̄ſo dicāt egyptij: callide
eduxit eos: ut interficeret in
mōtibus: ⁊ deleret de terra.
Quieſcat ira tua ⁊ eſto placa
bil' ſuꝑ neq̄tia ꝑpli tui. Recoꝛ
dare abꝛaā ⁊ yſaac ⁊ iſrl' ſer-
uoꝝ tuoꝝ q̄bus iuraſti ꝑ te-
metipm̄ dicens. Multiplica
bo ſemē vr̄m ſicut ſtellas celi
⁊ uniuerſam terrā hāc: de q̄
locutus ſū dabo ſemini vr̄o
⁊ poſſidebitis eam ſp̄. Placa
tuſq; ē dn̄s: ne faceret malū
qd̄ locutus fuerat aduerſus
ꝑplm̄ ſuū. Et miſert᷒ eſt ꝑplo
ſuo dn̄s deus noſter. Grad.
Exurge dn̄e fer opē nobis: ⁊ li-
bera nos ꝓpter nomē tuū. ℣. De
us aurib᷒ nr̄is audiuim᷒: patres
nr̄i annunciauerūt nobis: opus
qd̄ opatus eſt in diebus eoꝝ ⁊ in
diebus antiq̄s. S. Johā. vij.
In illo tp̄e. Iā autē die fe
ſto mediāte aſcēdit ieſus
in tēplū et docebat. Et mira
bant᷑ iudei dicētes. Quō hic
lr̄as ſcit cū nō didicerit? Re-
ſpōdit eis ieſus ⁊ dixit. Mea
doctrina nō eſt mea: ſed eius
qui miſit me. Si q̄s voluerit
volūtatē eius facere: cogno-
ſcet de doctrina: utrū ex deo
ſit: an ego a meipſo loquar
Qui a ſemetipſo loquit᷑ glīa;
ꝓpriā q̄rit. Qui aūt q̄rit glīa;
eius q̄ miſit illū hic verax eſt
⁊ iniuſticia in illo nō eſt. Nō-
ne moyſes dedit vobis legē:
⁊ nemo ex vobis facit lege;?
Quid me q̄ritis interficere?
Rn̄dit turba ⁊ dixit. Demo-
niū habes. Quis te q̄rit iter-
ficere? Rn̄dit ieſus ⁊ dixit eis
Unū opus feci: ⁊ oēs mira-
mini. Propterea moyſes de
dit vobis circūciſionē: nō q2
ex moyſe eſt: ſ; ex patrib᷒. Et
in ſabbato circūciditis hoīe;
Si circūciſionē accipit hō in
ſabbato: vt non ſoluat᷑ lex
moyſi: mihi īdignamini: q2
totū hoīem ſanū feci ī ſabba
to. Nolite iudicare ſcd̄; faciē
ſ; iuſtū iudiciū iudicate. Di-
cebāt ḡ q̄dā ex hieroſolimis
Nōne hic eſt quē q̄rūt interfi
cere? Ecce palā loq̄t᷑ ⁊ nihil ei

dicũt. Nunq̊d vere cognoue
rũt principes: qꝛ hic eſt xp̃s:
Sed hũc ſcim⁹ vñ ſit: xp̃s au
tẽ cũ venerit nemo ſcit vñ ſit.
Clamabat ğ ieſus docẽs in
tẽplo ⁊ dicẽs. Et me ſcitis: et
vnde ſum ſcitis: ⁊ a meip̃o nõ
veni: ſʒ eſt verus q̇ miſit me.
quẽ vos neſcitis. Ego ſcio eũ
⁊ ſi dixero qꝛ neſcio eũ: ero ſi-
milis vob̃ mẽdax. Sed ſcio
eũ: qꝛ ab ip̃o ſũ ⁊ ipſe me mi-
ſit. Querebãt ğ eũ app̃rehen
dere: ⁊ nemo miſit illũ ma-
nus: qꝛ nõdũ venerat hora
eius. De turba aũt multi cre
Expectãs Off. diderũt i eũ.
expectaui dñm ⁊ reſpexit me: ⁊ ex
audiuit dep̃catioñe meã ⁊ immiſit
in os meũ canticũ nouũ hymnũ
Hec hoſtia q̃s Secr. deo nr̃o.
dñe emundet nr̃a delicta: et
ad ſacrificiũ celebrandũ ſub
ditorꝫ tibi corpa mẽteſqꝫ ſcti
Letabit̃ in Com. ficet. P̱ do.
ſalutari tuo: in nomĩe dñi dei no
ſtri magnificabimur. Compl.
Hui⁹ nos dñe pceptio ſacra
mẽti mũdet a crimĩe: ⁊ ad ce-
leſtia regna pducat. P̱ do.
Miſerere dñe Super p̃plm.
p̃plo tuo: ⁊ cõtinuis tribula-
tionib⁹ laborantẽ p̃pitius re

ſpirare ꝯcede. P̱. Feria.iiij.
Um ſanctificat⁹ fuero
in vobis: ꝯgregabo vos
de vniuerſis terris: ⁊ ef-
fundã ſup vos aquã mundã: et
mũdabimini ab oĩbus inquina-
mẽtis veſtris: ⁊ dabo vobis ſpm̃
nouũ. Ps. Benedicã dño in om̃i
tp̃e: ſp̃ laus ei⁹ in ore meo. Coll.
Eus q̇ ⁊ iuſtis p̃mia me
ritorꝫ: ⁊ pctõribus p ieiu-
niũ veniã p̃bes: miſerere ſup
plicib⁹: pce peccãtib⁹: vt rea-
tus nr̃i ꝯfeſſio indulgẽtiã va
leat pcipe delictorꝫ. P̱. Lctõ
Ec dicit Ezechiel p. xxxvi
dñs de⁹. Sctificabo no
mẽ meũ magnũ: vt ſciãt gẽ-
tes qꝛ ego dñs: cũ ſctificatus
fuero in vobis corã eis. Tol
lã q̇ppe vos de gẽtib⁹: ⁊ ꝯgre
gabo vos d̃ vniuerſis terris
⁊ adducã vos in terrã veſtrã
Et effundã ſup vos aquam
mũdã: ⁊ mũdabimini ab oĩ
bus inq̇namentis vr̃is: ⁊ ab
vniuerſis idolis vr̃is mũda
bo vos. Et dabo vobis cor
nouũ: ⁊ ſpiritũ nouũ ponã i
medio vr̃i. Et auferã cor la-
pideũ de carne vr̃a: et dabo
vobis cor carneũ ⁊ ſpiritum
meũ ponã in medio vr̃i. Et

faciã ut in p̄ceptis meis am-
buletis: ⁊ iudicia mea cuſto-
diatis ⁊ operemini: ⁊ habita
bitis in terra quã dedi patri
bus vr̄is: ⁊ eritis mihi i ꝑplm̄
⁊ ero vobis i deũ. Dicit dñs
Venite filij audite Grad. ops
me: timorem dñi docebo vos. ꝟ.
Accedite ad eũ ⁊ illuminamini:
purā tibi exhibeant ſeruitu-
te. Peund. eiuſdem Ad Co
R Rēs. Sico loſſenſes. iij.
Surrexiſtis cū xpo: q̄ ſur
ſum ſunt q̄rite: vbi xps eſt in
dextera dei ſedens. Que ſur
ſum ſunt ſapite: nō q̄ ſuper ter
ram. Mortui eñ eſtis: ⁊ vita
veſtra abſondita eſt cū xpo
in deo. Cū aut xps apparue-
rit vita vr̄a: tunc ⁊ vos appa
rebitis cū ipſo in glia. Allia
℣ Confitemini dño qm bonꝰ
qm in ſecula miſecdia eius.
Non repetitur Alleluia Tractus.
Laudate dñm oēs gentes ⁊ col-
laudate eū oēs populi Qm
confirmata eſuper nos miſcdia
eius: ⁊ veritas dñi manet in
eternum. Scdm Mathe xxviij

V Eſpere aūt ſabbati q̄
luceſcit in prima ſabbati
venit

maria magdalene et altera
maria videre ſepulchrū. Et
ecce terremotꝰ factus eſt ma
gnus: angelus eñ dñi deſce
dit de celo. Et accedēs reuol
uit lapidē: et ſedebat ſup eū.
Erat autē aſpectus eiꝰ ſicut
fulgur: ⁊ veſtimēta eius ſicut
nix. Pre timore autē eius ex-
territi ſunt cuſtodes: et facti
ſunt velut mortui. Reſpōdēs
aūt angelus dixit mulieribꝰ
Nolite timere vos: ſcio eñ q̄ ſcio
ieſum qui crucifixus eſt que-
ritis. Nō eſt hic: ſurrexit eñ
ſicut dixit. Venite ⁊ videte lo
cū vbi poſitus erat dñs. Et
cito euntes: dicite diſcipulis
eius q̄r ſurrexit: ⁊ ecce precedet
vos in galyleam. Ibi eū vi-
debitis: ecce predixi vobis
Credo nō dicit. Sacerdos ſe
vertit dicens Dñs vobiſcū
Oremus. Offer. non canit.
Suſcipe q̄ms dñe pre Secr.
ces populi tui cū oblationibꝰ
hoſtiarū: vt paſcalibus inici
ata myſterijs ad eternitatis
nobis medelā te operāte pfi
ciant. P. Prefatio. Te qui
dē dñe domini tempore: ſed in
hac potiſſimum nocte
Sanctus.
Infra accionem.
Communicantes et

noctē ſacratiſſimā celebran-
tes. Et. Hāc igit̄. Sine Agn⁹
dei. et ſine Cōione. Nec pax
datur: ſed ſtatim ſacramēto
ſumpto veſpere incipiūtur
ſolenniter. Añ. Allā alleluia
alleluia. pſ. Laudate dominū
oēs gentes. Sup magni. Añ
Veſpere antē ſabbati que luce-
ſcit in prima ſabbati: venit ma-
ria magdalene ⁊ altera maria vi
dere ſepulchrum alleluia. Dñs
vobiſcum. Oremus. Cōpl.
Spiritū nobis domine tue
charitatis infunde: vt quos
ſacramentis paſcalibus ſa-
tiaſti: tua facias pietate con
cordes. P dñm. In vnitate
eiuſdē. Et ſic concludat miſ-
ſam ⁊ veſperas ſimul cū Be
nedicamus domino alleluia.

Solenniter.

GLoria in excelſis deo
Et in terra pax hoībus bo-
ne voluntatis. Laudamus
te. Benedicimus te. Adora-
mus te. Glorificam⁹ te. Gra
tias agimus tibi ꝓpter ma-
gnā tuam gloriā Dñe deus
rex celeſtis deus pater omi-
potens. Dñe fili vnigenite ie
ſu xp̄e ⁊ ſctē ſpūs. Dñe deus
agnus dei fili⁹ patris. Qui
tollis pctā mundi miſerere
nobis. Qui tollis pctā mun
di ſuſcipe deꝑcationē nr̄am
Qui ſedes ad dexteram pa-
tris miſerere nobis. Qm̄ tu
ſolus ſanctus. Tu ſolus do-
minus. Tu ſolus altiſſim⁹ ie
ſu chriſte. Cū ſancto ſpiritu
in gloria dei patris. Amen.

GLoria in excelſis deo

GLoria in excelſis deo

G

Loꝛia in excelſis deo

Et in terra pax hominibus bone volūtatis. Laudamꝰ te. Benedicimus te. Adoꝛamus te. Gloꝛificamꝰ te. Gratias agimus tibi ꝓpter magnā gloꝛiam tuam. Dñe deus rex celeſtis deꝰ pater omnipotens. Dñe fili unigenite ſalus nr̄a ieſu xp̄e. Dñe deꝰ agnus dei filiꝰ patris. Qui tollis peccata mundi miſerere nobis. Qui tollis peccata mundi ſuſcipe depꝛecationē noſtrā. Qui ſedes ad dexterā patris miſerere nobis. Quoniam tu ſolus ſanctus Tu ſolus dñs. Tu ſolus altiſſimus ieſu chriſte. Cū ſancto ſpiritu ī gloꝛia dei patris Amen.

te. Benedicimus te. Adoꝛamus te. Gloꝛificamꝰ te. Gratias agimus tibi ꝓpter magnam gloꝛiam tuam. Dñe deus rex celeſtis deus pater omnipotēs. Dñe fili unigenite ieſu chriſte. Spiritus et alme oꝛphanoꝛum paraclyte. Domine deus agnus dei filius patris. Primogenituſ marie filius matris Qui tollis peccata mundi miſerere nobis. Qui tollis pccā mundi ſuſcipe depꝛecationem nōſtram. Ad marie gloꝛiam. Qui ſedes ad dexteram patris miſerere nobis. Quoniam tu ſolus ſanctꝰ. Mariā ſanctificans. Tu ſolus dñs. Mariam gubernās. Tu ſolus altiſſimus. Mariam coronans ieſu chriſte. Cū ſancto ſpiritu in glŕa dei patris Amen.

## De domina noſtra.

G



Loꝛia in excelſis deo

Et in terra pax hominibus bone volūtatis. Laudamꝰ

## Dominicaliter.

G

Loꝛia in excelſis deo

Et in terra pax hominibus bone volūtatis. Laudamꝰ

te. Benedicimus te. Adora-
mus te. Glorificam⁹ te. Gra
tias agimus tibi ꝓpter glo-
riam tuam magnā. Dn̄e de
us rex celeſtis de⁹ pater om-
nipotens. Dn̄e fili unigenite
ieſu xp̄e altiſſime. Dn̄e deus
agnus dei fili⁹ patris. Qui
tollis peccata mundi miſere
re nobis. Qui tollis pecca-
ta mundi ſuſcipe dep̄catio
nē noſtrā. Qui ſedes ad dex
terā patris miſerere nobis.
Quoniam tu ſolus ſanctus
Tu ſolus dn̄s. Tu ſolus al-
tiſſimus ieſu chriſte. Cū ſan-
cto ſpiritu i gloria dei patris
Amen. Symbolus
Solenniter.

Cre do in unū deū

Dn̄icaliter.

Credo in unū deū.

Patrem omnipotentem
factorem celi ⁊ terre viſi-
biliū omniū et inuiſibiliū: et
in unū dn̄m ieſum chriſtum
filiū dei unigenitū. Et ex pa-
tre natum ante om̄ia ſecula:
deum de deo: lumē de lumi-
ne: deum uerū de deo vero.
Genitū non factū conſubſtā
tialem patri: per quē omnia
facta ſunt. Qui propter nos
homines: et propter noſtrā
ſalutē deſcēdit de celis. Et in
carnat⁹ eſt de ſpirituſancto:
ex maria virgine. Et homo
factus eſt. ✠ Crucifixus etiā
pro nobis ſub pōtio pylato
paſſus ⁊ ſepultus eſt. Et re
ſurrexit tertia die ſcd̄m ſcrip
turas. Et aſcendit in celū: ſe
det ad dexterā patris. Et ite
rū venturus eſt cū gloria iu-
dicare viuos ⁊ mortuos. Cu
ius regni nō erit finis. Et in
ſpirituſanctū dn̄m et viuifi-
cantem. Qui ex patre filioq;
procedit. Qui cū patre ⁊ filio
ſimul adorat⁊ ⁊ conglorificat⁊.
Qui locutus eſt p ꝓphetas.
Et unā ſanctā catholicam ⁊
apoſtolicā eccleſiam. Confi-
teor unū baptiſma in remiſ-
ſionem pctō⁊. Et expecto re
ſurrectionē mortuo⁊. Et vi
tam venturi ſeculi. Amen.
Sequitur. Dn̄s vobiſcum.
Orem⁹. Deinde offertoriū.

## Sequitur modus actionis

Lecto offertorio ſacerdos procedens ad actionē faciat crucem ſupra hoſtiam et calicem dicēs. In nomine pa✠tris
ꝛ filij ꝛ ſpūſſācti. Acceptabile ſit oīpotēti deo
ſacrificiū iſtud. Leuet calicem cum patena et hoſtia: et dicat. In ſpiritu humili-
tatis ꝛ animo contrito ſuſcipiamur a te dn̄e: ut
ſic fiat ſacrificiū nr̄m ut ſuſcipiatur a te hodie: et
placeat tibi dn̄e deus. Deinde accipiat patenam cum oblata et faciat cum illis ſignum crucis. et dicat. Ac-
ceptū fiat oīpotēti deo ſacrificiū iſtud ante cō-
ſpectum ſuū in odorem ſuauitatis: in noīe pr̄is
ꝛ filij ꝛ ſpūſſācti. Sanctifica queſumus domine
hanc oblationē: ꝛ pre✠ſta ut nobis unigeniti
filij tui dn̄i noſtri ieſu chriſti uerum corpus fiat.
Deinde repoſita hoſtia ſuper corporali ponat patenam aput illud. et dicat. In pace factus eſt locus
eius: ꝛ in ſion habitatō eius. Ad calicē leuādo fac ſignum crucis. et dic. Obla-
tum tibi ꝛ hunc calicem queſumus dn̄e ſan✠cti-
fica: et preſta ut nobis unigeniti filij tui dn̄i nr̄i
ieſu chriſti uerus ſanguis fiat. Eleuatis manibus fac crucem ſuper utrunqꝫ. et dic.
Veni inuiſibilis ſanctificator oīpotens eterne
deus: bene✠dic ꝛ ſanctifica hoc ſacrificium tuo
nomini preparatū. Deinde cooperi calicem inclinatus ante altare dic. Suſcipe ſctā
trinitas hanc oblationē quā tibi offerimus in
memoriā paſſionis: reſurrectōis: ꝛ aſcenſionis
dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: ꝛ in honore ſancte marie virgis

⁊ omniũ ſanctorum tuorum qui tibi placuerũt ab initio mundi: ⁊ eorum quorum feſta hodie celebrãtur: ⁊ quorum nomina vel reliquie hic habentur: vt illis oĩbus proficiat ad honorem: nobis autez ad ſalutẽ: vt illi omnes intercedere dignẽtur in celis quoꝝ memoriam agimus in terris. ✠ Facta cruce oſculetur altare. Quod ipſe preſtare digneris qui viuis ⁊ regnas deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen. vertendo ſe ad populum alta voce dic. Orate pro me peccatore fratres ⁊ ſorores: vt meum ⁊ veſtrum ſacrificium acceptebile ſit omnipotẽti deo. Dominus vobiſcum. Oremus. Sequitur ſecreta: ⁊ deinde. Prefatio.

## Sequuntur Prefationes.

PEr omnia ſecula ſeculorum.

Amen. Dominus vobiſcũ.

Et cum ſpiritu tuo. Surſum corda. Habe-

mus ad dñm. Gratias agamus domino

deo noſtro. Dig num ⁊ iuſtum eſt. In natiuitate dñi.

Vere dignũ ⁊ iuſtum eſt equum ⁊ ſalutare

Nos tibi ſemp ⁊ ubiqꝫ gratias agere. domine ſacte: pa

ter omnipotens: eterne deus. Quia p incarnati verbi

myſterium noua mentis noſtre oculis lux tue claritatis

infulſit Vt dum viſibiliter deum cognoſcimus: p hũc in

inuiſibilium amorem rapiamur. Et ideo cũ angelis ⁊

archangelis cũ tronis ⁊ dominationibus. Cunqꝫ omni

militia celeſtis exercitus hymnū gloꝛie tue canimus ſine
In fra acti onē — Cōmunicantes ⁊ noctē: vel diē ſacratiſſimam celebrātes: qua beate marie
ſine dicentes. Sanctus. intemerata virginitas huic
mūdo edidit ſaluatoꝛē. Sed ⁊ memoꝛiā venerātes. In pꝛi
mis eiuſdē gl'ioſe ſp virginis Marie genitricis eiuſdē dei ⁊
dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. Sed ⁊ beatoꝝ apl'oꝝ. In Epiphania dn̄i

Eterne deus. Quia cū vnigenitus filius tuus in
ſubſtātia noſtre moꝛtalitatis apparuit: noua nos īmoꝛ
Cōmunicātes ⁊ diem ſacratiſſimū celebꝛātes
talitatis ſue luce reparauit. Et ideo. (quo vnigenit⁹ tu⁹
in tua tecū gl'ia coeternus: in veritate carnis nr̄e coꝛpoꝛalis
viſibiliter apparuit. Sed ⁊ memoꝛiā. In Ieiunio

Eterne deus. Qui coꝛpali ieiunio vitia cōpꝛimis:
mentē eleuas virtutē largiris ⁊ p̄mia. P xp̄z. De .s. Cruce

Eterne deus. Qui ſalutē humani generis ī ligno

crucis cõſtituiſti: ut unde mors oriebať inde vita reſurge

ret. Et q̃ in ligno vincebat i ligno q̃z vinceretur. Per xp̃m.

Cõmunicãtes ꝛ diem ſacratiſſimũ celebrã In Cena dñi. tes quo dñs nr̃ ieſus xp̃s ꝓ nobis traditus eſt. Sed et. Hanc igiť oblationẽ ſeruitutis noſtre: ſed ꝛ cuncte familie tue quã tibi offerimus ob diẽ in qua dñs noſter ieſus xp̃s tradidit diſcipulis ſuis corporis et ſanguinis ſui myſteria celebranda: q̃ms dñe ut placatus ac. Qui pridie q̃ pro nr̃a omnium ſalute pateretur: hoc eſt hodie accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas. Tpe paſcali.

E quũ ꝛ ſalutare. Te quidẽ domine omni tempe

ſed in hoc potiſſimũ die glorioſius p̃dicare cũ paſca nr̃m

imolatus eſt xp̃s Ipſe eñ verus eſt agnus q̃ abſtulit pec

cata mũdi. Qui mortẽ noſtrã moriẽdo deſtruxit. ꝛ vitã

Infra actionẽ Cõmunicãtes et diẽ ſacratiſſimã celebrantes reſurrectiõis

reſurgendo reparauit. Et ideo

dñi nostri ieſu xpi ſcdm carnē. Sed ⁊ memoriā. Hanc igit͛ oblationē ſeruitutis noſtre: ſed ⁊ cuncte familie tue quā tibi offerimus p his quos regenerare dignatus es ex aqua ⁊ ſpūſctō: tribuēs ei remiſſionē omniū peccatorū: qs dñe ut placatus accipias. In Aſcenſione domini Prefatio.

Equum ⁊ ſalutare Nos tibi ſemp ⁊ ubiq; gratias agere domie ſancte: pater oipotens: eterne deus. P xpm dñm nrm. Qui poſt reſurrectionē ſuā oibus diſcipulis ſuis māifeſtus apparuit ⁊ ipſis cernētibus eſt eleuatus in celū: ut nos diuinitatis ſue tribueret eſſe pticipes. Et

Cōmunicātes ⁊ diē ſacratiſſimū celebrantes quo dñs nr̄ ieſus xps unigenitus filius tuus unitā fragilitatis noſtre ſubſtantiā in glorie ſue dextera collocauit. Sed ⁊ memoriam. Infra actionē In die penthecoſtes Prefatio.

Eterne deus p xpm dñm noſtrū. Qui aſcendens

ſup oēs celos: ſedēſqȝ ad dexterā tuā promiſſum ſpiritū
ſctm̄ hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapro
pter profuſis gaudijs totus in orbe terrarū mundus ex-
ultat. Sed et ſuperne virtutes atqȝ angelice poteſtates
hymnum glorie tue concinunt ſine fine dicentes. Infra actionē

Communicātes ⁊ diem ſacratiſſimum celebrantes: quo
ſpūſſctūs apl'os plebēqȝ credentiū pſentia ſue diuinita
tis illuſtrauit. Sed ⁊ me. Hāc igit. ut in paſca. De trinitate

Eterne deus. Qui cū unigenito filio tuo ⁊ ſpūſctō
unus es deus: unus es dn̄s: nō in unius ſingularitate p-
ſone: ſed in unius trinitate ſubſtātie. Quod enī de tua glīa

reuelãte te credimus. ꝗ de filio tuo. ꝗ de ſpũſctõ ſine diffe

rẽtia diſcrecõis ſentimus: vt ĩ cõfeſſiõe vere ſempiterneq3

deitatis: ⁊ ĩ eſſentia vnitas: ⁊ in maieſtate adorer̃ eq̃litas

Quã laudãt angeli: adorãt dñacões: tremũt poteſtates.

Celi celorũq3 virtutes: ac beata ſeraphĩ ſocia exultacõe

concelebrãt. Cũ q̃bus ⁊ nr̃as voces vt admitti iubeas de

De beata virgine.

Eterne de- p̃camur ſupplici ꝯfeſſiõe dicẽtes.

us. Et te ĩ veneracõe beate marie ſp̱ virgis exultãtibꝰ

animis collaudare bñdicere ⁊ p̃dicare. Que ⁊ vnigẽitũ

tuũ ſanctiſpũs obumbracõe ꝯcepit: ⁊ virginitatis glĩa p̱

manēte huic mūdo lumē eternū effudit ieſum xp̄m dñm

**De apoſtolis.**

Equū ꝛ ſalutare. Te dñe ſup noſtꝛ. ꝑ quē.

pliciter exorare: ut gregē tuū paſtor eterne nō deſeras: ſꝫ

ꝑ beatos ap̄los tuos ꝯtinua ꝓtectōe cuſtodias. Ut hiſdē

rectoribus gubernet' q̄s opis tui vicarios eidē ꝯtuliſti p̄

**Quotidiana.** **De ſcā cruce q̄ re cena dñi.**

Eterne deus p xp̄m eſſe paſtores. Et

dñm nrm̄. ꝑ quē maieſtatē tuā laudāt āgl'i: adorāt dña

tiones: tremūt ptātes. Celi celorūqꝫ v̄tutes ac btā ſera

phin: ſocia exultacōe ꝯcelebrāt. Cū q̄bus ꝛ nrās voces

ut admitti iubeas dep̄camur: ſupplici cōfeſſione dicētes.

Sanctus Sanctus Sāctus dñs deus ſabaoth. Pleni ſūt celi ꝛ terra gl'ia tua Oſāna i excelſis. Bñdict' q̄ venit in nomine dñi Oſanna in excelſis.

In die ſctō paſce Introitꝰ.

REſurrexi
⁊ adhuc te
cū ſum al
leluia: po
ſuiſti ſup
me manū
tuā all'a:
mirabilis facta eſt ſciētia tua al
leluia all'a. Ps. Dñe ꝓbaſti me:
⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſ
ſionē meā ⁊ reſurrectionē meam
DEus q̄ Coll'a. Glia in ex.
hodierna die ꝑ unigeni
tū tuū eternitatis nobis adi
tū deuicta morte reſeraſti vo
ta nr̄a q̄ ꝑueniendo aſpiras
etiā adiuuādo ꝓſeq̄re. P eū.
FRēs. Ad Corinth. j. ca. v.
Expurgate vetus fermē
tū: ut ſitis noua cōſperſio: ſi
cut eſtis azimi. Etem̄ paſca
noſtrū immolatus eſt xp̄s.
Itaqȝ epulemur non in fer
mēto veteri: neqȝ in fermēto
malitie ⁊ nequitie: ſed in azi
mis ſinceritatis ⁊ veritatis.
Hec dies quā fecit dñs Grad.
exultemus ⁊ letemur in ea. V. Cō
fitemini dño qm̄ bonus qm̄ in ſe
culū miſcdia eius. All'a. V. Pa
ſca noſtrū imolatus eſt chriſtus
V. Epulemur in azimis ſinceri
tatis et veritatis. Sequentia.
VIctime paſcali laudes im
molēt chriſtiani. Agnus
redemit oues xp̄s innocēs patri
recōciliauit pctōres. Mors ⁊ vi
ta duello cōflixere mirādo: dux
vite mortuus regnat viuus. Dic
nobis maria quid vidiſti in via:
ſepulchrū xp̄i viuētis ⁊ gloriā vi
di reſurgētis. Angelicos teſtes
ſudariū ⁊ veſtes: ſurrexit chriſtꝰ
ſpes mea ꝓcedet ſuos in galilea.
Credendū eſt magis ſoli marie
veraci: q̄ iudeorꝝ turbe fallaci.
Scimus xp̄m ſurrexiſſe a mor
tuis vere: tu nobis victor rex mi
ſerere. Scdm̄ Marcū. xvi.
IN illo tp̄e. Maria mag
dalene ⁊ maria iacobi ⁊ ſalo
me emerunt aromata: ut ve
niētes ungerēt ieſuȝ. Et val
de mane una ſabbatorū ve
niūt ad monumētū: orto iā
ſole. Et dicebāt ad inuicem.
Quis reuoluet nob̄ lapideȝ
ab oſtio monumenti? Et re
ſpicientes viderūt reuolutū
lapidē. Erat q̄ppe magnus
valde. Et introeūtes in mo
numētū viderūt iuuenē ſedē
tē in dextris: coopertū ſtola cā
dida: ⁊ obſtupuerūt. Qui di
cit ill'. Nolite expaueſcere: ie

ſũ q̃ritis nazarenũ crucifixũ ſurrexit:nõ eſt hic: ecce locus vbi poſuerũt eũ. Sed ite dici te diſcipl'is ei⁹ ⁊ petro:qꝛ p̃ce-det vos in galileã:ibi eũ vide bitis ſicut dixit vobis. Credo
Terra tremuit ⁊ q̃euit dñ̃ Off. reſurgeret in iudicio deus all'ia.
Suſcipe q̃s dñe p̃ces Secre. ꝑpl'i tui cũ oblatõib⁹ hoſtiaꝝ vt paſcalib⁹ iniciate miſterijſ ad eternitatiſ nob̃ medelã te op̃ante ꝑficiãt. P do. Prefa. Te quidẽ dñe. Cõicãtes ⁊ diẽ.
Paſca nr̃m Coio. Hanc igit̃. imolatus eſt xp̃s all'a: itaqꝫ epu-lemur in azimis ſinceritatis ⁊ ve ritatis all'ia all'a all'a. Compl'.
Sp̃m nobis dñe tue charitatis infunde:vt q̃s ſacramẽtiſ paſcalib⁹ ſatiaſti: tua facias pietate ↄcordes. P d. eiuſdẽ.
Ite miſſa eſt. Feria. ij.
Introduxit vos dñs i terrã fluentẽ lac ⁊ mel all'a: ⁊ vt lex dñi ſp̃ ſit in ore vr̃o all'ia all'a. ps Cõfitemini dño q̃m bo nus:q̃m i ſcl'm miſcdia ei⁹. Coll'
Deusq̃ ſolẽnitate paſcali mũdo remedia ↄtuliſti: ꝑpl'm tuũ q̃s celeſti dono ꝓſe q̃re:vt ⁊ ꝑfectã libertatẽ ↄſeq̃ mereat̃: ⁊ ad vitã ꝓficiat ſempiternã. P do. Lectõ Actuũ
In diebus illis. apl'oꝝ. x.
Stãs petrus in medio plebis dixit. Viri frẽs vos ſci tis qd̕ factũ eſt v̱bũ ꝑ vniuer ſaꝫ iudeã. Incipiẽs eñ̃ a ga lilea poſt baptiſmũ qd̕ predi cauit iohẽs: ieſũ a nazareth quõ vnxit eũ deus ſp̃uſctõ ⁊ virtute. Qui ptrãſiuit bñfa-ciendo ⁊ ſanãdo oẽs oppreſ-ſos a dyabolo:q̃m de⁹ erat cũ illo. Et nos teſtes ſumus oĩm q̃ fecit in regiõe iudeoꝝ ⁊ hieruſalẽ. Quẽ occiderunt ſuſpendẽtes in ligno. Hunc de⁹ ſuſcitauit tertia die: ⁊ de-dit eũ manifeſtũ fieri nõ om ni ꝑpl'o:ſed teſtibus p̃ordinatis a deo:nobis q̃ manducauimus ⁊ bibim⁹ cũ illo poſt-q̃ reſurrexit a mortuis. Et precepit nobis predicare populo ⁊ teſtificari: qꝛ ipſe eſt q̃ cõſtitutus eſt a deo iudex vi-uoꝝ ⁊ mortuorũ. Huic om-nes ꝓphete teſtimoniũ perhi bẽt: remiſſionẽ pctõꝝ accipe ꝑ nomen eius: oẽs qui cre
Hec dies quã Gra. dñ̃s in eũ.
fecit dñs exultemus ⁊ letemur in ea. V. Dicat nũc iſrl' q̃m bonus q̃m in ſeculũ miſericordia eius.

Alla. ℣. Nõne cor noſtrũ ar-
dens erat in nobis de ieſu dũ no
bis loqueret̃ in via. Sequẽtia.
Laudes ſaluatori voce mo-
dulemur ſupplici. Et deuo-
tis melodijs celeſti dño iubilemꝰ
meſſie. Qui ſeipſm exinaniuit: vt
nos ꝑditos liberaret hoĩeſ. Car
ne gloriã deitatis oculẽs. Pan-
nis tegit̃ in p̃ſepi miſerãs p̃cepti:
trãſgreſſorẽ pulſum patria para
diſi nudulum. Ioſeph marie ſy
meoni ſubdit̃ circũcidit̃: ⁊ legali
hoſtia mundat̃ vt pctõꝛ nẽ a q̃ ſo
let relaxare crimĩa. Serui ſubijt
manꝰ baptizandus: ⁊ ꝑfert frau
des tẽtatoris fugit ꝑſequẽtiũ la-
pides. Famẽ patit̃: dormit ⁊ tri
ſtat̃: ac lauat diſcipl'is pedes deꝰ
hõ ſũmus humilis. Sed tñ iter
hec abiecta corꝑis eiꝰ deitas neq̃
q̃ꝫ quiuit latere: ſignis varijs et
doctrinis ꝓdita. Aquã nuptijs
dat saporis vini: cecos oculos
claro lumine veſtiuit: leprã luri-
dã tactu fugat placido. Putres
ſuſcitat mortuoſ: mẽbraq; curat
debilia. Fluxũ ſanguis ꝯſtrin-
xit: ⁊ ſaturauit quinq; de panibꝰ
quina milia. Stagnum ꝑagrat
fluctuans: ceu ſiccũ littus vẽtos
ſedat: linguã reſerat ꝯſtrictã: re
cluſit aures ꝑuatas: vocibꝰ fe
bres depulit. Poſt hec mira mi
racula taliaq;. Spõte ſua com-
prehendit̃ ⁊ dãnat̃. Et ſe crucifi
gi nõ deſpexit. Sed ſol eiꝰ mortẽ
nõ aſpexit. Illuxit dies quã fe-
cit dñs: mortẽ deuaſtãs: ⁊ victor
ſuis apparẽs dilectoribꝰ viuus.
Primo marie: dehinc apl'is: do-
cens ſcripturas: cor aperiens: vt
clauſa de ipo reſerarẽt. Faueant
igit̃ reſurgẽti xp̃o cũcta gaudijs
Flores ſegetes rediuiuo fructu
vernãt: ⁊ volucres gelu triſti ter
ſo dulce iubilãt. Lucẽt clarius
ſol ⁊ luna morte xp̃i turbida tel-
lus herbida reſurgenti plaudit
xp̃o q̃ tremula eiꝰ morte ſe caſurã
minitat. Ergo die iſta exultemꝰ
q̃ nobis viã vite reſurgẽs patefe
cit ieſus. Aſtra ſolũ mare iocun
dent̃: ⁊ cũcti gratulent̃ ĩ celis ſpi-
ritales chori trinitati. S. Luc.
In illo tp̃e. Duo ex xxiiij.
diſcipulis ieſu ibãt ipſa
die in caſtellũ qđ erat in ſpa-
cio ſtadioꝝ ſexaginta ab hie
ruſalẽ: noĩe emaus: ⁊ ipſi lo-
q̃bant̃ adinuicẽ de his oĩbꝰ
q̃ acciderant. Et factũ eſt dũ
fabularent̃ ⁊ ſecũ q̃rerẽt ⁊ ipe
ieſus appropinquãs ibat cũ
ill'. Oculi aũt eoꝝ tenebant̃:
ne eũ agnoſcerẽt. Et ait ad

illos. Qui ſunt hi ſermones
q̄s cōfertis ad inuicē ambu-
lantes ⁊ eſtis triſtes? Et rn̄dēs
vnꝰ cui nomē cleophas: dixit
ei. Tu ſolus pegrinꝰ es in hie
ruſalē: ⁊ nō cognouiſti q̄ fctā
ſunt i illa his diebꝰ? Quibus
ille dixit. Que? Et dixerunt
De ieſu nazareno: q̇ fuit vir
ꝓpheta: potēs in opē ⁊ ſermo
ne corā deo ⁊ oī ꝑplō. Et quō
tradiderūt eū ſūmi ſacerdo-
tes ⁊ principes nr̄i in dānati
onē mortis: ⁊ crucifixerūt eū
Nos aūt ſperabamꝰ: q2 ipſe
redēpturus eſſet iſrael. ⁊ nūc
ſup hec oīa tertia dies eſt ho
die q̄ hec facta ſūt. Sed ⁊ mu
lieres q̇dā ex nr̄is terruerūt
nos: q̄ an̄ lucē fuerūt ad mo
numētū: ⁊ nō inuento corpe
eiꝰ venerūt: dicētes ſe etiā vi-
ſionē angeloꝝ vidiſſe: qui di
cūt eū viuere. Et abierūt q̇dā
ex nr̄is ad monumētū: ⁊ ita
īuenerūt ſicut mulieres dixe
rūt: ipm̄ vero nō inuenerūt.
Et ip̄e dixit ad eos. O ſtulti
⁊ tardi corde ad credēdū in
oībꝰ q̄ locuti ſunt ꝓphete. Nō
ne hec optuit pati xp̄m: ⁊ ita
intrare in gloriā ſuā? Et inci
piēs a moyſe et oībꝰ ꝓphetis
interp̄tabat illis in oībꝰ ſcri-
pturis q̄ de ip̄o erant. Et ap
propinquerūt caſtello q̄ ibāt
⁊ ip̄e finxit ſe lōgiꝰ ire. Et coe
gerūt illū dicētes. Mane no
biſcū: qm̄ aduesperaſcit: ⁊ incli
nata eſt iā dies. Et itrauit cū
ill'. Et factū eſt dū recūberet
cū eis: accepit panē: ⁊ bn̄dixit
ac fregit ⁊ porrigebat ill'. Et
apti ſunt oculi eoꝝ ⁊ cogno-
uerunt eū. Et ip̄e euanuit ex
oculis eoꝝ. Et dixerūt ad in
uicē. Nōne cor noſtrū ardēs
erat in nobis: dū loq̄ret no-
bis i via ⁊ aperiret nobis ſcri
pturas? Et ſurgētes eadem
hora regreſſi ſunt in hierlm̄
Et īuenerūt ꝯgregatos vn-
decim: ⁊ eos q̇ cū ipis erāt: di
cētes q2 ſurrexit dn̄s vere: et
apparuit ſymoni. Et ip̄i nar
rabāt que geſta erāt in via: ⁊
quō cognouerūt eū i fractiōe
Angelꝰ dn̄i Off. panis. Cre.
deſcēdit de celo ⁊ dixit mulieribꝰ
quē q̄ritis: ſurrexit ſic̄ dixit all'a
all'a. Secre. Suſcipe q̄s: vt ſ̄
primo. Prefa. Te quidē dn̄e.
Coīcantes ⁊ diē. Hanc igit̄.
Surrexit dn̄s ⁊ apparuit Coio
petro all'a. Cōplē. Spm̄ noſ.
vt ſupra primo. Ite miſſa eſt.

Aqua ſapiētie Feria.iij
potauit eos all'a: firma
bit in illis ⁊ nō flectet al
leluia: et exaltabit eos ineternū
all'a all'a. ps. Confitemini dño
qm̄ bonus qm̄ in ſeculū miſcdia
eius. Gl'ia inexcel. Coll'a.
Deus q̄ eccl'iaȝ tuā nouo
ſemp fetu mltiplicas: ꝯcede
famulis tuis ut ſacramentū
viuēdo teneāt qd̓ fide pcepe-
rūt. P do. Lcō actuū aploꝝ
In diebus illis. Sur xiij.
gens paulus ⁊ manu ſi-
lentiū indicēs ait. Viri frēs:
filij generis abraā: ⁊ q̄ in vo
bis timēt deū: vobis verbū
ſalutis hui⁹ miſſum eſt. Qui
em̄ habitabāt hierl'm ⁊ prin
cipes eius: hūc ignorātes ie-
ſum ⁊ voces ꝓphetaꝝ: q̄ p oē
ſabbatū legunt: iudicantes
impleuerūt. Et nullā cauſaȝ
mortis inueniētes in eo peti
erūt a pilato ut interficerent
eū. Cūqȝ ꝯſummaſſent oia
q̄ de eo ſcripta erāt: deponē-
tes eū de ligno poſuerūt in
monumēto. Deus vo ſuſci-
tauit eū a mortuis die tertia
Qui viſus eſt p dies multos
his q̄ ſimul aſcenderāt cū eo
d̓ galilea i hierl'm. Qui uſqȝ
nūc ſunt teſtes eius ad plebē
Et nos vobis annūciamus
eā q̄ ad pr̄es nr̄os repromiſ-
ſio facta eſt: qm̄ hāc deus ad
impleuit filijs veſtris: reſuſci
tās ieſū xp̄m dūm nr̄m. Gr
Hec dies. V. Dicāt nūc qui re-
dempti ſunt a dño q̄s redemit d̓
manu inimici ⁊ de regionib⁹ con
gregauit eos. All'a. V. Xp̄s re
ſurgēs ex mortuis iā non morit:
mors illi vltra nō dñabit. Seq.
Laudes xp̄o redēpti voce mo
dulemur ſupplici. Omnis i
hac die rex natura iubilet. Per
ſonet immenſas filio dei grati-
as. Nā noſtri concines celeſtis
ſanctuarij milites. Ordines no
ueni in vr̄a nos adunate gaudia
Hymnite nūc ſuperi pariter re-
ſonate inferi. Ut oīs i dñi ſpūs
gratulet eneſi. Qui hoīs cauſa
deus hō naſcit: ⁊ fragili carne ſe
deitas oculens: probra ſuſtinuit
patiens. Virtutibus ſignis ut
de⁹ emicuit ⁊ corpis nr̄i neceſſita
te fruēs verus terrigena claruit.
Ab hoſte tentatus: nō eſt agni-
tus: neqȝ diuinitas patuit. Ars
artē deluſit: donec veteris nodū
piaculi ſecuit. In ara crucis ho
ſtiā ſe pro nobis xp̄s obtulit deo
patri morte ſua nr̄a mortificans

criminaIam victor xp̄s bara
tro populato mortis p̄ricipe vin
culato: ab inferis pōpa regredit̄
nobiliHec eſt dieſ q̄ illuxit poſt
turbida regni ethyopū tempora
Chriſtus i q̄ reſurrexit vltra vi
cturus cū carne quā ſumpſit de
maria virgine. Qui ouē cū gau
dio patri quā p̄diderat humero
reuexit ſuo. Scd̄ꝫ Lucā. xxiiij.
In illo tp̄e. Stetit ieſus i
medio diſcipulorꝝ ſuorꝝ
⁊ dixit eis. Pax vobis. Ego
ſuꝫ: nolite timere. Cōturba
ti vo ⁊ ꝯterriti exiſtimabāt
ſe ſpiritū videre. Et dixit eis
Quid turbati eſtis: ⁊ cogita
tiones aſcēdūt in corda vr̄a:
Videte manꝰ meas ⁊ pedes
q꞉ egoipē ſum. Palpate ⁊ vi
dete: q꞉ ſpūs carnē ⁊ oſſa nō
habet ſicut me videtis habe
re. Et cū h̄ dixiſſet: oñdit eis
manꝰ ⁊ pedes. Adhuc aūt ill'
nō credētibꝰ ⁊ mirātibus pre
gaudio dixit. Habetis hic a
liq̇d qđ māducet: At illi ob
tulerut ei partē piſcis aſſi ⁊ fa
uū mellis. Et cū māducaſſet
corā eiſ: ſumēs reliq̄as dedit
eis: et dixit ad eos. Hec ſunt
verba q̄ locutus ſuꝫ ad vos:
cū adhuc eſſem vobiſcū: qm̄

neceſſe eſt impleri oīa q̄ ſcrip
ta ſunt in lege moyſi ⁊ ꝓphe
tis ⁊ pſalmis de me. Tūc ape
ruit illis ſenſum vt intellige
rēt ſcripturas ⁊ dixit eis. qm̄
ſic ſcriptū eſt: ⁊ ſic oportebat
xp̄m pati: ⁊ reſurgere a mor
tuis die tertia: ⁊ p̄dicari i no
mine eius penitētiā ⁊ remiſſi
onē pctōꝝ i oēs gētes. Credo
Intonuit de celo dn̄s ⁊ Offer.
altiſſimus dedit vocē ſuā: ⁊ app̄a
ruerūt fontes aq̄ꝝ all'a. Secre.
Suſcipe dn̄e fideliū p̄ces cū
oblationibus hoſtiarū: vt ꝑ
hec pie deuotiōis officia ad
celeſtē gloriā trāſeamꝰ. P d.
Prefa. Te quidē dn̄e. Coican
tes ⁊ diem. Hanc igit̄. Coio.
Si cōſurrexiſtis cū xp̄o q̄ ſurſuꝫ
ſunt querite all'a: vbi xp̄s eſt in
dextera dei ſedēs que ſurſuꝫ ſūt
Concede Cōplē. ſapite all'a:
q̄ſ. oṗs deus vt paſcalis ꝑ
ceptio ſacramenti continua
in noſtris mētibus ꝑſeueret
P do. Ite miſſa eſt. Feria.iiij.
Venite benedicti patris
mei ꝑcipite regnū all'a:
qđ vobis paratū eſt ab
origine mūdi alleluia all'a all'a.
Ps. Cantate dn̄o canticū nouū:
cātate dn̄o oīs terra. Gl'ia in ex.

Deus qui nos reſur Coll'
rectiõis dñice annua ſo-
lennitate letificas:cõcede ꝓpi
tius ut ꝑ tpalia feſta que agi
mus ꝑuenire ad gaudia eter
na mereamur. Per. Lcõ
In diebꝰ actuũ apłoꝝ.iij
illis. Aperiẽs petrus os
ſuũ dixit. Viri iſraelite ⁊ qui
timetis deum audite Deus
abꝛaã:⁊ deus yſaac:⁊ deꝰ ia-
cob:deus patrũ nrõꝝ glori-
ficauit filiũ ſuũ ieſuꝫ:quẽ voſ
quidẽ tradidiſtis ⁊ negaſtis
ante faciẽ pilati:iudicãte illo
dimitti. Vos autẽ ſctm̃ ⁊ iu-
ſtũ negaſtis: et petiſtis virũ
homicidã donari vobis: au
ctoꝛẽ vero vite interfeciſtis.
Quẽ deus ſuſcitauit a moꝛ-
tuis: cuius nos teſtes ſumꝰ.
Et nũc frẽs ſcio: qꝛ ꝑ ignoꝛã
tiã feciſtis: ſicut ⁊ pꝛĩcipes ve
ſtri. Deus aũt q̇ pnũciauit ꝑ
os ꝓphetarũ oĩm pati xp̃m
ſuũ impleuit ſic. Penitemini
igit̃ ⁊ cõuertimini ut deleant̃
Hec dies. Grad. pctã veſtra.
℣. Dextera dñi fecit ṽtutẽ dexte
ra dñi exaltauit me Alla ℣ In
die reſurrectiõis mee dicit dñs p̃
Mcedã voſ ĩ galileã. Seqn.
Mane pꝛima ſabbati ſurgẽſ
dei filius:nr̃a ſpes ⁊ gloꝛia. Vi
cto rege ſceleris:rediJt ab inferis
cũ ſumma victoꝛia. Cuiꝰ reſur-
rectio omni plena gaudio conſo
lat̃ oĩa Reſurgẽtis itaqꝫ maria
magdalene facta eſt pꝛenuncia.
Ferens xp̃i fratribus eius moꝛ
te triſtibꝰ expectata gaudia. O
beati oculi quibus regem ſeculi:
moꝛte iam depoſita pꝛima eſt in-
tuita. Hec eſt illa femina:cuius
cuncta crimina ad xp̃i veſtigia:
eius lauit gratia. Que dum plo
rat ⁊ mens oꝛat: facto clamat: et
coꝛ amat ieſum ſuꝑ omnia. Nõ
ignoꝛat quẽ adoꝛat quid precet̃:
ſed deletur quod mens timet cõ-
ſcia. O maria mater pia: ſtella
maris appellaris operũ ꝑmerita
Matri chꝛiſti coequata dũ fui-
ſti ſic vocata: ſed honoꝛe ſubdita
Illa mundi imperatrix: iſta be
ata peccatrix: leticie pꝛimoꝛdia
fuderunt in eccleſia. Illa enĩ fu
it poꝛta: per quã ſalus eſt exoꝛta
hec reſurgentis pꝛenuncia: mun
dũ replet leticia. O maria mag-
dalena: audi vota laude plena:
apud chꝛiſtum choꝛum iſtum cle
menter concilia. Ut fons ſum-
me pietatis: qui te lauit a pecca-
tis: ſeruos ſuos atqꝫ tuos mun-
det data venia. Amẽ dicãt oĩa.

In illo tp̄e. S. Joh. xxi.
Manifeſtauit ſe iterũ ie-
ſus diſcipulis ſuis ad mare
tiberiadis Manifeſtauit au
tē ſic. Erant aũt ſimul ſymō
petrus ⁊ thomas q̇ dicit̃ di-
dimus: ⁊ nathanael q̇ erat a
chana galilee: ⁊ filij zebedei:
et alij ex diſcipulis eius duo
Dicit eis ſymon petrus. Va
do piſcari. Dicũt ei. Venimꝰ
⁊ nos tecũ. Et exierũt ⁊ aſcen
derũt in nauim: et illa nocte
nihil prēdiderũt. Mane aũt
iā facto ſtetit ieſus in littore:
nō tñ cognouerũt diſcipuli
qꝛ ieſus eſt. Dicit ḡ eis ieſus.
Pueri: nũquid pulmētariũ
habetis? Rñderũt ei. Non.
Dixit eis. Mittite in dexterā
nauigij rhete: et inuenietis.
Miſerũt ḡ: ⁊ iā nō valebant
illud trahere pre multitudīe
piſciũ. Dicit ḡ diſcipulus ille
quem diligebat ieſus petro
Dñs eſt. Symon petrus cũ
audiſſet qꝛ dñs ē: tunica ſuc-
cinxit ſe: erat eñi nudus ⁊ mi
ſit ſe in mare. Alij aũt diſci-
puli nauigio venerũt. Non
eñi lōge erant a terra: ſed q̄ſi
cubitis ducentis trahentes
rhete piſciũ. Vt ergo deſcen
derunt in terrā: viderũt pru
nas poſitas ⁊ piſcē ſuppoſi-
tũ ⁊ panē. Dixit eis ieſus. Af
ferte de piſcibus quos pren-
didiſtis nũc. Aſcendit ſymō
petrus: ⁊ traxit rhete ī terrā
plenũ magnis piſcibus cen-
tũquinquagintatribꝰ Et cũ
tanti eſſent nō eſt ſciſſum rhe
te. Dicit eis ihs. Venite prā-
dete: ⁊ nemo audebat diſcũ-
bētiũ interrogare eũ: tu q̇s
es? ſcientes qꝛ dñs eſt. Et ve-
nit ieſus: ⁊ accepit panē: ⁊ de
dit eis: ⁊ piſcē ſimiliter. Hoc
iam tertio manifeſtatus eſt
ieſus diſcipulis ſuis: cũ ſurre
Portas Off. xiſſet a mortuis
celi aperuit dñs: ⁊ pluit illis mā
na vt ederēt: panē celi dedit illis
panē angelorꝫ mādŭcauit homo
Sacrificia dñe pa Secr. all'a
ſcalibus gaudijs immolamꝰ:
quibus eccleſia tua mirabili
ter paſcit̃ ⁊ nutrit̃. P. Prefa.
Te quidē dñe. Coicātes. Hāc
Chriſtus reſurgēs Coio. igit̃.
ex mortuis iam non morit̃ all'ia:
mors illi vltra nō dñabit̃ all'a al
Ab omni nos Cōpl. leluia.
q̄s dñe vetuſtate purga-
tos ſacramēti tui venerāda
perceptio in nouā trāſferat

creaturā. ℣ Do. Ite miſſa eſt.
Victricē manū Feria.v
tuā laudauerūt pariter
all'a: quia ſapientia ape
ruit os muti: ⁊ linguas infantiū
fecit diſertas all'a all'a. ps. Con
fitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in
ſeculū miſerīa eius. Glīa in ex.
Deus qui diuerſi Coll'a.
tatē gentiū in cōfeſſione
tui nomis adunaſti: da ut re
natis fōte baptiſmatis: una
ſit fides mentiū ⁊ pietas acti
onū. ℣ Do. Lcō Actuū apo
In dieb' illis. ſtolo℞.viii.
Angelus dñi locut' eſt
ad philippū dicens. Surge ⁊
vade cōtra meridianum ad
viā que deſcendit ab hieru
ſalē in gazam: hec eſt deſerta
Et ſurgens abijt. Et ecce vir
ethyops eunuchus potens
candacis regine ethyopū:
qui erat ſuper omnes gazas
eius: venerat adorare in hie
ruſalem: ⁊ reuertebat̄ ſedēs
ſuper currū ſuum: legenſq̄
yſaiam prophetā. Dixit aut
ſpiritus philippo. Accede: et
adiunge te ad currū iſtum.
Accurrēs aūt philippus au
diuit illū legentē yſaiā ꝓphe
tā ⁊ dixit. Putaſne intelligis
que legis? Qui ait. Et quō
poſſum niſi aliq̄s oſtenderit
mihi? Rogauit itaq̄ philip
pū ut aſcēderet ⁊ ſederet ſecū
Locus aūt ſcripture hic erat
quā legebat. Tanq̄ ouis ad
occiſionem ductus eſt: ⁊ ſicut
agnus corā tondente ſe ſine
voce: ſic non aperuit os ſuū.
In humilitate iudiciū eius
ſublatū eſt. Generationem
illius quis enarrabit? Quo
niā tollet̄ de terra vita eius.
Reſpondens aūt eunuchus
philippo dixit. Obſecro te:
de quo ꝓpheta dicit hoc? De
ſe: an de alio aliq̄? Aperiens
autē philippus os ſuū: ⁊ inci
piens a ſcriptura iſta euāge
lizauit illi ieſum. Et dū irent
p viam: venerūt ad quandā
aquā: ⁊ ait eunuchus. Ecce
aqua. Quis ꝓhibet me bap
tizari? Dixit aūt philipp'. Si
credis ex toto corde: licet. Et
reſpondens ait. Credo filiū
dei eſſe ieſū chriſtū. Et iuſſit
ſtare currū. Et deſcenderūt
vterq̄ in aquam philippuſ ⁊
eunuchus: ⁊ baptizauit eū.
Cū autē aſcēdiſſent de aqua
ſpiritus dñi rapuit philippū
⁊ amplius nō vidit eum eu

nuchus. Ibat aũt p viá ſuã
gaudés. Philippus aũt invẽ
tus eſt in azoto: ⁊ ptranſiés
euágelizabat ciuitatib⁹ cun-
ctis: donec veniret ceſareá p̃-
dicans nomé dñi nr̃i ieſu xp̃i
Hec dies. ℣. Bñdictus Gra.
qui venit in noĩe dñi: deus dñs ⁊
illuxit nobis. Allĩa. ℣. Surre-
xit domin⁹ vere: ⁊ apparuit petro
Sequẽ. Victime paſca. fo. xciij
In illo tpe. S. Iohã. xx.
Maria ſtabat ad monu
mẽtũ foris plorás. Dũ g̊ fle-
ret: inclinauit ſe ⁊ pſpexit in
monumẽtũ: ⁊ vidit duos an
gelos in albis ſedentes: unũ
ad caput ⁊ unũ ad pedes ubi
poſitu erat corpus ieſu. Di-
cũt ei illi Mulier q̇d ploras?
Dicit eis. Quia tulerũt dñm
meũ: ⁊ neſcio ubi poſuerunt
eũ. Hec cũ dixiſſet cóuerſa eſt
retrorſum: ⁊ vidit ieſuz ſtan-
tẽ: ⁊ neſciebat q2 ieſus eſt. Di
cit ei ieſus. Mulier quid plo
ras? Quẽ queris? Illa exiſti
mans q2 ortulanus eſſet: di-
cit ei. Dñe: ſi tu ſuſtuliſti eũ:
dicito mihi ubi poſuiſti eũ: ⁊
ego eũ tollá. Dicit ei ihs: ma
ria. Cóuerſa illa dicit ei. Rab
boni: qđ dr̃ magiſter. Dicit
ei ieſus. Noli me tãgere: non
dũ eni ascendi ad patrẽ meũ
Vade aũt ad fratres meos:
⁊ dic eis. Aſcẽdo ad patrem
meũ ⁊ patrẽ vr̃m: deũ meũ ⁊
deũ vr̃m. Venit maria mag
dalena annũciãs diſcipulis
q2 vidi dñm. ⁊ hec dixit mihi
In die ſolẽnitã Offer Credo.
tis vr̃e dicit dñs: introducã vos
i terrã fluẽtẽ lac ⁊ mel allĩa. Sec
Suſcipe q̃s dñe munera po
puloꝝ tuoꝝ ꝓpiti⁹: ut ꝯfeſſio
ne tui nois ⁊ baptiſmate re-
nouati ſempiternã btitudi-
nẽ ꝯſeq̃mur. P. Prefa. Te q̃-
dẽ dñe. Coicantes ⁊ diẽ. Hác
Populus acq̃ſitio Coio. igit̃.
nis annũciate virtutes eius allĩa
q̃ vos de tenebris vocauit in ad-
mirabile lumẽ ſuũ allĩa. Cópl.
Exaudi dñe p̃ces nr̃as: ut re
dẽptióis nr̃e ſacroſctã ꝯmer
cia: ⁊ vite nob̃ cóferãt p̃ntis
auxiliũ ⁊ gaudia ſempiterna
ꝯciliẽt. P. Ite miſſa eſt. Feria.
Duxit eos dñs i ſpe vij.
allĩa: ⁊ inimicos eoꝝ ope
ruit mare allĩa allĩa allĩa
ps. Attendite popule meus legẽ
meã: inclinate aurẽ veſtrã in ver
ba oris mei. Glĩa i ex. Coll
Omĩps ſempiterne de⁹: q̇

paſcale ſacramentū in recō-
ciliatiōis humane federe cō-
tuliſti: da mētib⁹ nr̄is: ut qđ
pfeſſione celebramus innite
mur effectu. P̄ dn̄. Lcō ep̄le
Cbeati Petri apl̄i. j.ca. iij.
Hariſſimi. Xp̄s ſemel p
pctis nr̄is mortuus eſt: iuſt⁹
p iniuſtis: ut nos offerret deo
mortificatos quidē carne: ui
uificatos aūt ſpū. In q̄ ⁊ his
qui in carcere erāt ſpiritu ue
niēs p̄dicauit: q̄ increduli fu
erāt aliqn̄: qn̄ expectabant
dei patientiā in dieb⁹ noe cū
fabricaret arca: in q̄ pauci id
eſt octo anīe ſalue facte ſunt
p aquā. Qđ ⁊ uos nūc ſimil'
forme ſaluos facit baptiſma
non carnis depoſitio ſordiū
ſed ↄſcientie bone īterroga-
tio ī deū p reſurrectionē ieſu
xp̄i q̄ eſt in dextera dei. Gra.
Hec dies. ꝟ. Lapidē quē repro
bauerūt edificātes hic factus eſt
in caput anguli: a dn̄o factū eſt:
et eſt mirabile in oculis noſtris.
Alla. ꝟ. Dicite in gentibus q̄
dn̄s regnauit a ligno. Seque.
Victime pa. fo. xciij. S. Math
IN illo tpe. Unde xxuiij.
cim diſcipuli abierūt in
galileā: in montē ubi conſti-
tuerat illis ieſus. Et uidētes
eū adorauerūt. Quidā autē
dubitauerūt. Et accedens ie
ſus locutus eſt eis dicēs. Da
ta eſt mihi oīs poteſtas in ce
lo ⁊ in terra. Eūtes ergo do
cete oēs gētes: baptizantes
eos in noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpi
ritusſcti. Docētes eos ſerua-
re oīa quecūq; mādaui uob
Et ecce ego uobiſcū ſum oi-
bus diebus uſq; ad ↄſūma-
tionē ſeculi. Credo. Offerto.
Erit uobis hic dies memorialis
alleluia: ⁊ diē feſtū celebrabitis
ſolennē dn̄o in ꝓgenies ueſtras
legitimū ſempiternū; diem alle
luia alleluia alleluia. Secreta.
Hoſtias qs dn̄e placatio
nis aſſume: quas ⁊ p renato
rū expiatione pcī deferim⁹:
⁊ acceleratiōe celeſtis auxilij
P̄ dn̄. Prefa. Te quidem dn̄e.
Coīcantes ⁊ diē. Hanc igit.
Data eſt mihi oīs ptās Coio.
in celo ⁊ ī terra all'a: eūtes docete
oēs gētes baptizātes eos in noīe
patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſcti all'a all'a.
Reſpice qs dn̄e po Cōpl.
pulū tuū: ⁊ quem eternis di-
gnatus es renouare myſte-
rijs a tpalib⁹ culpis dignan
ter abſolue. P̄. Ite miſſa eſt.

Sabbato Introit⁹
E Duxit dñs pplm ſuũ in
exultatiõe alľa: ⁊ electoſ
ſuos in leticia alľa alľa. ps̃. Cõ
fitemini dño ⁊ inuocate nomen
eius: annũciate inter gentes opa
eius. Glia in excel. Colľa.

C Oncede qm̃s oṗs de⁹ vt
qui feſta paſcalia venerãda
egim⁹ ꝑ hec ꝯtingere ad gau
dia eterna mereamur. P d.

Lcõ eplẽ bti petri apli. i. ca. ij

C Hariſſimi. Deponẽtes
omnẽ maliciã ⁊ oẽm do
lũ ⁊ ſimulatiões ⁊ inuidias:
⁊ oẽs detractiones: ſicut mõ
geniti infantes rationabileſ
ſine dolo lac ꝯcupiſcite: vt in
eo creſcatis in ſalutẽ: ſi tñ gu
ſtaſtis qm̃ dulcis ẽ dñs. Ad
quẽ accedẽtes lapidem viuũ
ab hoĩb⁹ quidẽ reprobatũ: a
deo aũt electũ ⁊ honorifica-
tũ. Et ipſi tanꝗ̃ lapides viui
ſupedificamini domos ſpi-
ritales in ſacerdotiũ ſanctũ:
offerẽtes ſpiritales hoſtias
acceptabiles deo ꝑ ieſũ xp̃m
ꝑpter qḋ continet ſcriptura.
Ecce ponã in ſyon lapidem
ſummũ angularẽ: probatũ
electũ: p̃cioſum: ⁊ ois q̃ credi
derit in eũ nõ ꝯfundet. Vo-
bis igit honor credẽtib⁹: nõ
credẽtib⁹ aũt lapiſ quẽ repro
bauerũt edificãtes: hic fact⁹
eſt i caput anguli: ⁊ lapis of-
fenſiõis: ⁊ petra ſcãdali: his
q̇ offendũt in verbo: nec cre-
dunt in q̊ ⁊ poſiti ſunt. Vos
aũt gen⁹ electũ: regale ſacer-
dotiũ: gẽs ſctã: pplš acq̇ſitio
nis: vt virtutes annuncietis
eius q̇ de tenebris vos voca
uit in admirabile lumẽ ſuũ.
Qui aliqñ nõ pplš: nũc autẽ
pplš dei. Qui nõ ꝯſecuti mi-
ſericordiã: nũc aũt miſcdiaꝫ
ꝯſecuti. Per ieſuꝫ xp̃m dñm

A lľa. V. Hec dies quã (nrm.
fecit dñs exultemus ⁊ letemur in
ea. A lľa. V. Laudate pueri do-
minũ laudate nomen dñi: ſit no-
mẽ dñi bñdictũ: ex hoc nũc ⁊ vſqꝫ
i ſclm. Alľa. Seqn. Victĩe paſ.

I N illo S. Jo. xx (fo. xciij.
tpe Vna ſabbati maria
magdalene venit mane: cũ
adhuc tenebre eſſent ad mo-
numentũ ⁊ vidit lapidẽ ſubla
tũ a monumẽto. Cucurrit g̊
⁊ venit ad ſimonẽ petrũ ⁊ ad
aliũ diſcipulũ quẽ amabat
ihs: ⁊ dicit eis. Tulerũt dñm
meũ de monumẽto: ⁊ neſcio
vbi poſuerũt eũ. Exijt g̊ pe-

trus ⁊ ille alius diſcipulus: ⁊
venerunt ad monumentũ.
Currebãt ĝ duo ſiĩ: ⁊ ille ali⁹
diſcipulus ꝑcucurrit citi⁹ pe-
tro: ⁊ venit prim⁹ ad monu-
mẽtũ. Et cũ ſe inclinaſſet: vi-
dit lintheamina poſita: nõ
tñ introiuit. Venit ĝ ſymon
petrus ſequẽs eũ: ⁊ introiuit
in monumentũ. Et vidit lin
theamina poſita: ⁊ ſudariũ
qḋ fuerat poſitũ ſup caput
ei⁹: nõ cũ lintheaminib⁹ poſi
tũ: ſed ſepatim inuolutuꝫ in
vnũ locũ. Tũc ĝ introiuit et
ille diſcipulus q̇ venerat pri-
mus ad monumẽtũ: ⁊ vidit
⁊ credidit. Nõdũ eñi ſciebãt
ſcripturas: qꝛ oportebat eũ
a mortuis reſurgere. Credo.
Benedictus qui venit i Offer.
noïe dñi: bñdiximus vos de do-
mo dñi: deus dñs ⁊ illuxit nobis
Cõcede qs Secr. all'a all'a
dñe ſemp nos ꝑ hec myſteria
paſcalia gratulari: vt conti-
nua nr̃e reparatiõis opatio
ꝑpetue fiat nobis cauſa ſalu
tis. P d. Prefa. Te quidẽ dñe.
Cõicantes ⁊ diẽ. Hanc igit.
Omnes qui in xp̃o bapti Cõio
zati eſtis xp̃m induiſtis alleluia.
Redẽptionis nr̃e mu Cõpl.

nere vegetati qs dñe: vt h
ꝑpetue ſalutis auxiliũ fides
ſemꝑ vera ꝑcipiat. P do. Ite
miſſa eſt. Dñica prima poſt fe
ſtũ paſce Introitus
Quaſi modo geniti infã
tes all'a: rationabiles ſi
ne dolo lac cõcupiſcite all'a all'a
all'a. ps. Exultate deo adiutori
nr̃o: iubilate deo iacob. Colla.
Preſta qs ops de⁹: vt
q̇ feſta paſcalia pegim⁹:
hec te largiẽte morib⁹ ⁊ vita
teneamus. P do. Lcõ ep'le
btĩ Johan. apl'i. j. ca. v.
Chariſſimi. Omẽ qḋ na-
tũ eſt ex deo vincit mundũ: ⁊
hec eſt victoria q̄ vincit mun
dũ: fides nr̃a. Quis eſt q̇ vin
cit mũdũ: niſi q̇ credit qm̃ ie-
ſus xp̃s eſt fili⁹ dei: Hic eſt q̇
venit ꝑ aquã ⁊ ſanguinẽ ihs
xp̃s. Nõ in aqua ſolũ: ſed in
aq̄ ⁊ ſanguie. Et ſpũs eſt qui
teſtificat: qm̃ xp̃s eſt veritas.
Qm̃ tres ſunt q̇ teſtimoniũ
dant in terra: ſpũs: aq̄ ⁊ ſan-
guis. Et tres ſunt q̇ de celo
teſtificant: pater: verbũ ⁊ ſpi
ritusſanctus. Et hi tres vnũ
ſũt. Si teſtimoniũ hoim ac-
cipimus: teſtimoniũ dei ma
iuſ eſt: qm̃ hoc eſt teſtimoniũ

dei qđ maius eſt: qꝛ teſtifica-
tus eſt de filio ſuo q̇ credit in
filiũ dei: habet teſtimonium
dei i ſe. Alľa. ℣. Angelus dñi
deſcẽdit de celo: ⁊ accedẽs revol-
uit lapidez: ⁊ ſedebat ſup eũ. ℣.
Reſpõdẽs aũt angelus dixit mu
lieribus: quẽ q̃ritis: ille aũt dixe
rũt ieſuȝ nazarenũ. S. Ioh. xx

IN illo tempoꝛe. Cũ eſſet
ſero die illo una ſabba-
toꝝ: et foꝛes eſſent clauſe ubi
erãt diſcipuli ꝯgregati ꝓpter
metũ iudeoꝝ: venit ieſus et
ſtetit i medio eoꝝ: ⁊ dixit eis
Pax vobiſ. Et cũ hec dixiſſet
oſtẽdit eis manꝰ ⁊ latus. Ga
viſi ſunt ğ diſcipuli viſo dño
Dixit ergo eis iteꝝ: pax vob
Sicut miſit me pater: et ego
mitto vos. Hec cũ dixiſſet: in
ſufflauit: ⁊ dicit eis. Accipite
ſpiritũ ſctm̃: quoꝝ remiſeri-
tis pctã remittunť eis: et q̊ꝝ
retinueritis retẽta ſũt. Tho-
mas aũt unus ex duodecim
q̇ diciť didimꝰ: nõ erat cũ eis
qñ venit ieſus. Dixerũt ğ ei
alij diſcipuli: vidimus dñm
Ille aũt dixit. Niſi videro in
manibꝰ eius fixurã clauoꝝ:
et mittã digitũ meũ in locuȝ
clauoꝝ: ⁊ mittã manũ meã i
latus eiuſ: nõ credã. Et poſt
dies octo iteꝝ erãt diſcipuli
eius intus: ⁊ thomas cũ eis:
venit ieſus ianuis clauſis et
ſtetit in medio: et dixit. Pax
vobis. Deinde dicit thome.
Infer digitũ tuũ huc: ⁊ vide
manus meas: ⁊ affer manũ
tuã: ⁊ mitte in latus meũ: et
noli eſſe incredulus: ſȝ fideľ.
Rñdit thomas ⁊ dixit ei. Do
minus meus ⁊ deꝰ meꝰ. Di-
cit ei ieſus. Quia vidiſti me
thoma: credidiſti: bti qui nõ
viderũt ⁊ crediderũt. Multa
quidẽ ⁊ alia ſigna fecit ieſus
in ꝯſpectu diſcipuloꝝ ſuoꝝ
q̃ nõ ſunt ſcripta i libꝛo hoc.
Hec aũt ſcripta ſũt ut creda-
tis: qꝛ ieſus eſt xp̃s filius dei.
Et ut credẽtes vitã habeatiſ

Angelus dñi Off. in noĩe eiꝰ.
deſcẽdit de celo ⁊ dixit mulieribꝰ
quẽ queritis: ſurrexit ſicut dixit

Suſcipe munera Secr. alľa.
q̃ſ dñe exultantis ecclie: ⁊
cui cauſam tãti gaudij p̃ſtiti
ſti: ꝑpetuũ fructũ cõcede leti-

Mitte manũ Coĩo. cie. P do.
tuã ⁊ cognoſce locũ clauoꝝ alľa:
⁊ noli eſſe incredulus ſed fidelis

Q̃ſ dñe Compl. alľa alľa.
deꝰ nr̃: ut ſacroſctã myſteria

q̃ ꝑ reparationis nr̃e muni-
mine ꝯtuliſti: ⁊ p̃ſens nobis
remediũ eſſe facias: ⁊ futurꝝ.
P. do. Feria.iiij. Ad hebr.xiij
Fratres. Obedite p̄poſitis
vr̃is ⁊ ſubiacete eis. Ipſi
enĩ puigilãt: q̃ſi rationẽ pro
aĩabus vr̃is reddituri: vt cũ
gaudio hoc faciãt: ⁊ non ge-
mẽtes. Hoc enĩ expedit vob̃.
Orate ꝑ nobis. Cõfidimus
enĩ qꝛ bonã ꝯſcientiã habea
mus: in oĩbus bene volen
tes cõuerſari. Amplius aũt
dep̄cor vos hoc facere: vt q̊
celerius reſtituar vobis. De⁹
aũt pacis qui eduxit de mor
tuis paſtorẽ magnũ ouiũ in
ſanguine teſtamenti eterni
dñm nr̃m ieſum xp̄m: aptet
vos in oĩ bono: vt faciatis
voluntatẽ eius: faciẽs in vo-
bis qđ placeat corã ſe ꝑ ieſuꝫ
xp̄m. Cui gl̃ia i ſecula ſcloꝝ
amen. Scđm Marcũ.vi
In illo tp̄e Surgẽs ieſus
mane prima ſabbati appa-
ruit primo marie magdale-
ne: de q̃ eiecerat ſeptẽ demo
nia. Illa aũt vadens nũcia-
uit his qui cũ eo fuerãt lugẽ-
tibus ⁊ flẽtibus. Et illi audi
entes qꝛ viueret: ⁊ viſus eſſet
ab ea: nõ crediderunt. Poſt
hec aũt duob⁹ ex eis ambu-
lantib⁹ oſtẽſus eſt in alia effi
gie: euntibus in villã. Et illi
eũtes nunciauerunt ceteris:
nec illi crediderũt. Feria.vj.
Scđm Mathẽ.vltimo.
In illo tp̄e. Exierũt mulie
res cito đ monumẽto ieſu cũ
tremore et gaudio magno
currẽtes nunciare diſcipulis
eius: ⁊ ecce ieſus occurrit illiſ
dicẽs. Auete. Ille aũt acceſ-
ſerũt ⁊ tenuerũt pedes eius:
⁊ adorauerũt eũ. Tũc ait illiſ
ieſus. Nolite timere: ite nun
ciate fratribus meis vt eant
in galileã: ibi me videbunt.
Que cũ abiſſent: ecce quidaꝫ
de cuſtodib⁹ venerũt in ciui-
tatẽ: ⁊ annunciauerũt princi
pibus ſacerdotũ oĩa q̃ facta
fuerãt. Et ꝯgregati cũ ſenio
rib⁹ cõſilio accepto pecuniã
copioſaꝫ dederũt militibus
dicẽtes. Dicite quia diſcipuli
eius nocte venerũt: et furati
ſunt eũ nobis dormiẽtibus
Et ſi hoc auditũ fuerit a p̄ſi-
de: nos ſuadebim⁹ ei: ⁊ ſecu-
ros vos faciemus. At illi ac
cepta pecunia fecerunt ſicut
erãt edocti. Et diuulgatum